
This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

<https://books.google.com>



This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

<https://books.google.com>




A. gr. a.

661

172
H. a. 661
~~Page~~

Dares et Dictys



**BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.**

<36601490780013



<36601490780013

Bayer. Staatsbibliothek

DARETIS PHRYGII

DE

EXCIDIO TROIAE HISTORIA.

AD LIBRORUM FIDEM

RECENSUIT ET ADNOTATIONIBUS INSTRUXIT

ANDREAS DEDERICH,


BONNENSIS.

B O N N A E

IMPENSIS ED. WEBERI.

MDCCCXXXV.

A. C. D.



P R A E F A T I O.

Ἦν δὲ τις ἐν Τρῳάεσσι Δάρης, ἀφνειὸς, ἀμύμων, Ἰφένος Ἠφαίστοιο. Hom. II. V. 9. Antiquissima Daretis Phrygii, rerum Troianarum scriptoris, qui ab Homericō illo nomen quævisse videtur, mentio fit apud Ptolemaeum Hephaest. lib. I. sic referentem: Ἀντίπατρος δὲ φησὶν ὁ Ἀκάνθιος, Δάρητα, πρὸ Ὀμήρου γράψαντα τὴν Ἰλιάδα, μνήμονα γενέσθαι Ἐκτορος, ὑπὲρ τοῦ μὴ ἀνελεῖν Πάτροκλον, ἑταῖρον Ἀχιλλέως. Idem testatur Eustathius ad Hom. Od. XI. 521. verbis fere iisdem: Ἀντίπατρος δὲ ὁ Ἀκάνθιος φησὶ, καὶ τῷ Ἐκτορι Δάρητα Φρύγα δοθῆναι μνήμονα, μὴ ἀνελεῖν φίλον τοῦ Ἀχιλλέως, Ἀπόλλωνος τοῦ Θυμβραίου τοῦτο χρήσαντος· τὸν δὲ αὐτομολήσαντα ὑπὸ Ὀδυσσεύς ἀνααιρεθῆναι.

Quod apud Eustathium adstruitur, *Daretem transfugam ab Ulixe fuisse occisum*, falsum est, si recte retulit latinus Daretis interpres cap. 12: *Dares Phrygius, qui hanc historiam scripsit, ait, se milittasse usque dum Troia capta est. et cap. 44: Dares ibidem (Troiae) cum Antenoris factione remansit.* Rectius autem interpretem retulisse, sole lucidius est: occisus enim (in urbis expugnatione) Dares bellum usque ad Graecorum in patriam regressum persequi non potuit; quod conscripsisse eum probabile est post Troiam expugnatam, Antenore, quocum in patria remansit, regnante vitam tranquillam degentem.

Alterum testimonium, *Daretem Hectori datum esse monitorem, ne Patroclum occideret*, in ipso Darete, quem nunc legimus, ne verbo quidem attingitur. Attamen Daretem Graecum, cuius nunc epitome tantum latina relicta esse videtur, hanc rem commemorasse non est quod abnuas. Nam Achilli quoque, ut Dictyn Cretensem Idomenei

socium praetermittam, a veteribus Phoenix adiungitur moderator et consultor. Cf. Gloss. ad Dict. Cret. II, 84 et Obs. ad I. 14.

Ἰλιάδα denique Ptolemaeus et Aelianus, cuius verba infra ponam, Daretem scripsisse ferunt, non alium Daretis librum intelligentes, sed universim, opinor, locuti.

Quidquid de his rebus statuas, ut ad id quod maximum est perveniam, *Antipatrum Acanthium* Daretis Phrygii historiam novisse, ex Ptolemaei et Eustathii auctoritate verum iudicari debet. Plures autem quum fuerint Antipatri, Acanthius quis fuerit, quando vixerit, nescitur. Accensetur scriptorum generi, quos fabula ante Homerum bellum Troianum litteris mandasse fert. v. Fabric. Bibl. Gr. I. 2, 5. Novimus Antipatrum Thessalicensem, eiusdem terrae, cuius est Acanthius, Macedoniae, qui tempore Christi nati vixit. Nonne unus idemque homo designatur? Quinquaginta certe annos et amplius Antipatrum nostrum ante Ptolemaeum scripsisse accipi potest, totidemque Daretem ante Antipatrum. Utcunque est: scriptorum, qui ante Homerum belli Troiani historiam conscripsisse falso tradantur, Dares videtur adnumerandus esse antiquissimis, antiquiorque fortasse habendus ipso Dicty Cretensi.

Antiquum de Darete testimonium est etiam Aeliani V. H. XI. 2: *Ὅτι ἦν Ὀροιβαντιου Τροιζηνιου ξηη πρὸ Ὀμήρου, ὡς φασιν οἱ Τροιζήνιοι λόγοι, καὶ τὸν Φρύγα δὲ Δάρητα, οὗ Φρυγίαν Ἰλιάδα ἔτι καὶ νῦν ἀποσωζομένην οἶδα· πρὸ Ὀμήρου καὶ τοῦτον γενέσθαι λέγουσιν.* Atque ex certissimis his Ptolemaei et Aeliani monumentis, exque ea ipsa caussa, quod Dictys ab his silentio praetermittitur; veri saltem est simillimum, a Darete superari antiquitate Dictyn, cuius aetas ultra Neronem reponi omnino nequit, simulque, licet certi quid affirmari hoc in genere vix possit, errasse me in Praefat. ad Dict. Cret. p. XXVII sq., contendentem, Dictyn antiquiorem esse Darete, huncque multis in rebus Dictyis vestigia legisse.

Posteriorum adiungo testimonia. Isidor. Orig. I. 41: *Apud Gentiles (Troianos) vero primus Dares Phrygius de Graecis et Troianis historiam edidit: quam in foliis palmarum ab eo conscriptam esse ferunt.* Ioseph. Iscan. B. Troi. I. 24:

Mira quidem dictu, sed vera, advertite, pandam:
 Nam vati Phrygio ¹⁾ Martem certissimus index
 Explicuit praesens oculus, quem fabula nescit.
 Hunc ubi combiberit avidae spes ardua mentis,
 Quos superos in vota vocem? Mens conscia veri
 Proscripsit longe ludentem ficta poetam ²⁾ :
 Quin te Cecropii mentita licentia pagi ³⁾,
 Et laedant figmenta, pater, quo praeside ⁴⁾ floret
 Cantia, et in priscas respirat libera leges.

Albertus Abbas Stadensis in Troilo suo, ad fin.

Nulla poetarum posuit (Albertus) figmenta, Daretis

Historiam, soliti scribere vera, tenens.

Et Phrygius fuit iste Dares, et tempore belli

Ipse quidem miles proelia visa refert.

Alberti carmen versibus elegiacis scriptum cognitum mihi est per Heusingerum, qui multos descripsit ex cod. Guelpherbyitano versus in Defens. Fragm. Cornelii Nepotis, expressos in Cornel. Nep. ed. Bardil. T. II. p. 385 sqq. — De Guidone, Henrico Brunsvigensi, aliisque Daretis sectatoribus diximus ad Dict. Cret. Praefat. p. XXI sqq. Adii-
 cio Guidonis *) de Darete verba adhuc mihi incognita; *Et quia Phry-*

1) i. e. Daretis. *Vatem* vocat Iscanus minus accurate, fortasse ob iactatam hominis antiquitatem.

2) Homerum; qui, ut Aristoteles Post. c. 24 ait, *δεδίδαγε μάλιστα καὶ τοὺς ἄλλους ψευδῆ λέγειν, ὡς δεῖ*. Varro scribit, Sibyllam Erythraeam Graiis Ilium petentibus vaticinatam, perituram Troiam et Homerum mendacia scripturum. Noster respexisse videtur ad illum Platonis *ἔξοριαν*, qua e republica eiicitur, quae nunquam fuit. *Dresem*.

3) *Cecropii pagi* i. e. Athenarum, i. e. Graeciae, i. e. Graecorum poetarum. Athenas Athenaeus V. p. 187, *Ἑλλάδος μουσειον*, Thucydides *πρυτανειον Ἑλλήνων* vocant, καὶ *Ἑλλάδος Ἑλλάδα*. v. *Dresem*.

4) Intellige Thomam Cantuarensis Episcopum, cui Iscanus poema suum dicavit; quem ludicris fabularum incestari non concedit. v. *Dresem*.

*) Forte fortuna factum est, ut nuper unus ex meis discipulis quatuor scripti libri folia, ex incustodito oppidi nostri ipsisque pueris patenti tabulario deprompta, mihi offerret, memorabile, ut illi quidem videbatur, scribendi genus monstraturus. Dum oculis folia perlustro, mihi videbar cognoscere codicem Guidonis de Columna satis perspicua manu scriptum; nec me fefellisse arbitror. Perscribuntur autem in illis foliis haec: *Mors Castoris et*

gius Dares voluit in hoc loco quorundam Graecorum et Troianorum describere colores et formas, qui, etsi non omnium, saltem describere voluit formosorum. Asseruit enim in codice sui operis, graeca lingua composito, omnes illos suis oculis inspexisse. Nam saepius inter treugas habitas inter exercitus ipse se ad Graecorum tentoria conferebat, uniuscuiusque maioris formam aspiciens et contemplans, ut ipsorum in suo opere sciret describere qualitates.

Daretis fabulae graecae conscriptae non nullas videntur habuisse illecebras, quae multos imitatores et expilatores evocaverint. Latinus libellus, qui nunc in manibus est, excerpta continet hominis indocti. Quis hodie non miratur, fuisse, qui mendaci Epistolae Daretis nostro praefixae fidem adiunxerint, quosque tenuerit opinio, versionem a Cornelio Nepote, eodem, cuius Vitae excellentium Impm. manibus tenentur, esse confectam? Iure merito viri elegantioris eruditionis Nepotem a culpa tam foedae latinitatis vindicarunt, credulosque illos castigatos summae inscitiae infamarunt. „Haud vidi magis,“ ait Scioppius Parad. Litt. Epist. V. „cum, qui vel primoribus labris bonos latinitatis auctores attigit, historiam tam lutulentam non nisi ab homine indoctissimo, qui nec minimum latini sermonis gustum unquam hauserit, scribi potuisse statim agnoscat. Ita in omnibus pagellis ea se offerunt, quae τῶν κοινοβίων claustra respiciant, aut Actuariorum cancellos nuper admodum refregisse videantur.“ Atque credulis illis exclamat Dresemius in Praefat. ad Iscan.: „ὦ Βοιωτοί, ὡς σφόδρα ἐστὲ Βοιωτοί! Credant illi et fruantur suo errore: mihi talia campae Solis et Naevii Buttubata.“ Fuere etiam, qui Iosephi Iscani Devotii carmen Cornelio Nepoti adscriberent: contra quos lege acriter disputantem Dresemium,

Qui primus Pseudo-Cornelii mentionem facit, est saeculo quarto decimo Henricus Brunsvigensis. v. Praefat. ad Dict. p. XXI. Commemoratio antiquior mihi ignoratur. Quam ob rem et propter sordi-

Pollucis, statura Graecorum et Troianorum, navium numerus, consilium Graecorum et legatio Delphos missa Apollinem consultum, imago Apollinis. Ex inconditarum chartarum tabularii sordida farragine nihil amplius eruere potui; integer codex incuria et inscitia hominum Linciansium intercidisse videtur.

dum excerptoris sermonem, viri docti Dareti dignitatem scriptoris Romani abiudicarunt; et Artopoeus in Praefat. ad Dict. Cret. hanc Daretis prosam ex Iosephi Iscani carmine heroico esse consarcinatam contendit. Possunt afferri, quae Artopoei sententiam confirmare videantur: saepe enim Iscanus et Dares ipsis verbis conveniunt. Enotabo pauca. Dares c. 4: *minime moram fecit.* et Iscan. l. 475: *Nec mora, diffusam spatiis maioribus urbem Integrat.* Dar. 10: *consciis formae suae.* et Iscan. III. 224: *ac formae fidens et conscius oris.* Dar. 12: *cupidum imperii.* et Iscan. IV. 65: *imperii cupidus.* Dar. 13: *acceptum, gratum.* et Iscan. IV. 107: *acceptus noto gratusque merenti.* Dar. 24: *femur sauciat.* et Iscan. V. 496: *femur ferit.* Dar. 27: *Achilles vulgo queritur.* et Iscan. VI. 102: *grave frustra discrimen passos queritur.* Dar. 28: *in proelium non prodit.* et Iscan. VI. 117: *solus non prodit in arma Aeacides, solus non militat.* Ibid. *Eo facto laetus.* et Iscan. VI. 131: *His hilaris.* Conferas velim in Adnott. Iscani verba ad Daretis descripta locos hos: cap. 24: *muliebria verba; pro-siliit in pugnam; colliditur proelium.* 28: *dissimulat.* 37: *mitibus verbis.* 41: *ad patrem abscondit.* cett. Sed res longe superant singula verba, atque multo gravioribus argumentis, ex narrationibus petitis, Artopaei opinio destruitur. Primum enim Dares noster nonnullas res aliter enarrat atque Iscanus. Cf. vel cap. 3. Tum vero permulta Dares prolixè persequitur et accurate exponit, quae in Iscani carmine omnino desiderantur: v. c. navium catalogus; bellum in triginta certamina divisum; temporum rationes, quot dies quodque certamen et quamdiu duraverint factae induciae: ea omnia Iscanus ignorat; in temporum autem rationibus inter Daretem et Henricum Brunsvigensem accurate convenit, ita ut nihil certius esse possit, quam Daretem et Henricum pariter secutos esse non Iscanum, sed antiquum Daretem graecum. His argumentis simul infirmatur etiam Fabricii Bibl. Gr. I. ubi de Darete agit, suspicio, Iscanum ex latino, quem nunc legimus, Darete poema suum conscripsisse; nam Iscanum quoque Daretem graecum ob oculos habuisse mihi persuasum est.

Quid autem causae est, quaeret hic aliquis, quod hi scriptores, quum Daretem omnes sint secuti, tamen saepe numero diverse narrent? Latinum interpretem quod attinet, omnium, qui graeca latine tradiderunt, commune est vitium, ut negligentiae et licentiae culpam

contraxerint; quod iam ad Dict. Praefat. p. XXV. observavimus. Plectimus nostrum hanc ob causam in Adnott. ad cap. 3. 11. 15. 19. Iosephus Iscanus poeta erat; cui generi non id est consilium, ut anxie omnibus in rebus exempli sui vestigia legant, sed animo indulgere lubet, aliena passim admiscere et in fabulis tractandis omnino pro ingenio suo versari. Henricus denique Brunsvigensis (vel potius is, quem in vernaculam linguam transtulit) non Daretem solum sequitur, sed Dictyn quoque, et utriusque narrationem saepe in unum confundit vel iuxta ponit. Duplex narratio est de Menelao, quum Paris Cytheram venisset (v. Adnott. ad c. 9), de Castore et Polluce (v. ad c. 11), de Aiakis morte (v. ad c. 35); Antenori tribuuntur, quae alibi rectius Polydamanti (v. ad c. 39); in Troiae proditione modo Daretis modo Dictyis narrationem sectatur. Permulta Henricus immiscet a bello Troiano prorsus aliena, v. c. facta Herculis, fuse cap. 47. 48. 49. perscripta. De eius novandi cupiditate aliisque rebus, quae huc pertinent, disputavimus ad Dict. Praefat. p. XXII.

Redeo ad Daretis interpretem: „in quo“, ut ait Mercerus in Praefat. ad Dict. Cret., „neque eruditionem, neque iudicium, neque ullam elocutionis elegantiam observamus, ut nimis impudenter fecisse videatur, qui Cornelii Nepotis nomen mentitus est, quasi inficetiae versionis auctoris.“ Sermo latinus pessimus est, ut peiore vix unquam quisquam Romanus usus sit. Panduntur phrases natura diversissima, bonae malae, optimae pessimae, ex antiquioribus scriptoribus poetisque mire mixtae; non desunt etiam formulae novae, quarum fons nunc quidem desideratur, malae plerumque, nonnullae tamen haud spernendae. Suum cuique hoc in genere sit iudicium: equidem animo meo depellere non possum opinionem, esse Daretem nostrum scriptorem vere Romanum. Si qui operae pretium habuerit, libellum sine ira et studio pervolvere measque Adnotationes animum advertere, fortasse in eandem sententiam mecum inclinabit. Quo autem tempore rudis ille scriptor Romanus epitomen suam coustruxerit, definire non ausim. Quinto, sexto, an posteriore saeculo scripserit, nescio: eum ultimum latinitatis senium respiscere, nemo est qui sentiat.

Fabulas Daretis quod attinet, vel obiter instituta comparatione apparet, ex iis ad cyclus Troicum locupletandum, quod sit paulo

gravioris momenti, repeti nihil. „In enarratione totius historiae,“ ait Mercerus l. c., „Dares fere ubique diversus ab omni antiquitate; pauca similia vero de suo adstruit, absurda, inconsequentia plurima: nec quicquam in toto libello singulare, praeter Thesidarum mentionem, quos una cum Anio (v. c. 19.) rem frumentariam curasse scribit.“ Qua re singulas fabulas cum antiquitate conferre, operamque in earum vel similitudine vel discrepantia demonstranda perdere, futilis labor est: eam tantummodo rationem sequi placuit, ut, quantas corruptiones Darete auctore fabulae Troicae deinceps perpessae essent, ostenderem, et multa hoc in genere cognitu digna, adhuc sntem incognita vel minus cognita, in lucem proferrem doctisque viris proponerem.

Dares, ut in vulgatis editionibus textus fertur, mutilus apparet et admodum corruptus, atque in diversis MSS. et edd. admodum diversus. Emendatiorem Daretem, Dictyi adiectum, primus edidit Iosias Mercerus Paris. 1618, 12. ope duorum dissimillimorum codd. e bibliotheca St. Victoris Parisiensis; repetitam Amstelaedami 1631, 16. editionem Orellius, vir celeberrimus, mihi tradidit. Merceria-nam deinceps secutae sunt aliae: Annae Daceriae in usum Delphini Paris. 1680, repetita Amstel. 1702, 4; et Ulrici Obrechtii, a Samuele Artopoeo curata Argentorat. 1691, 8: utraque Dictyi suffixa: in quibus, paucis modo mutatis, ed. Merceriana denuo exprimitur. Diversissima ab his edd. est ed. Cratandrina, quae prodiit Basil. 1529, 8. Orellii humanitate mihi permissa. Haec nondum collata ed., quae locis longe plerisque non textum Dareti reddere, sed periphrasin saepe confusam continere videtur, quum in universum tenuis sit pretii, multis tamen locis ex ea Dareti genuina lectio restituitur. Paulo maioris auctoritatis est, quam Orellius paravit, collatio codicis Sangallensis saec. IX. Praestantissimum esse hunc codicem, ad Dictyn vidimus; sed Dares, Dictyi in eo suffixus, maximam partem est periphrasis manus longe posterioris. Codex Sangallensis et editio Cratandrina affinitate quadam sunt coniuncta, et permultis locis, quibus lectio vulgata multum abit, in genuinam scripturam conspirant, multasque lacunas probe explent. — Ex his libris varias lectiones perpetua serie enotare nolui; potissimas tantum, quae ad corruptelas emendandas non nullius videbantur momenti, lectoribus proponere non

praetermittendum putavi. In rebus levioribus, ubi parum dubitationis relinquebatur, iudicio meo inserviens, tacitis rationibus crisis exercui.

Signa, quibus brevitatis causa usus sum, haec sunt:

Sg. = codex Sangallensis.

C. = editio Cratandrina.

M. = editio Merceriana.

O. = editio Obrechti.

D. = editio Daceriana.

Scrib. Lincii ad Rhenum mense Octobr. 1834.

DARETIS PHRYGII

DE

EXCIDIO TROIAE

HISTORIA.

CORNELIUS NEPOS

SALLUSTIO CRISPO

S.

Quum multa Athenis studiosissime agerem, inveni historiam Daretis Phrygii, ipsius manu scriptam, ut titulus indicat, quam de Graecis et Troianis memoriae commendavit. Quam ego summo amore complexus, continuo transtuli. Cui nihil adiciendum vel diminuendum reformandi causa putavi, alioquin mea posset videri. Optimum ergo duxi, ut, ita ut fuit vere et simpliciter perscripta, sic eam in latinitatem transverterem, ut legentes cognoscere possent, quomodo hae res gestae essent: utrum magis vera esse existiment, quae Dares Phrygius memoriae commendavit, qui per id tempus vixit et militavit, quo Graeci Troianos oppugnarent; ane Homero credendum, qui post multos annos natus est, quam hoc bellum gestum fuisset. de qua re Athenis iudicium fuit, quum pro insano Homerus haberetur, quod Deos cum hominibus belligerasse descripserit. Sed hactenus ista. Nunc ad pollicitum revertamur.

DARETIS PHRYGII DE EXCIDIO TROIAE HISTORIA.

CAP. I.

Pelias rex Aesonem fratrem habuit. Aesonis filius erat Iason, virtute praestans: et qui sub eius regno erant, omnes

eos hospites habebat, et ab eis validissime amabatur. Pelias rex ut vidit Iasonem acceptum esse omnibus, veritus est, ne sibi iniurias faceret, et se regno eiceret. Dicit Iasoni, Colchis pellem arietis inauratam esse, dignam eius virtute: ut eam inde auferret, omnia se ei daturum pollicetur. Iason ubi audivit, ut erat animi fortissimi, et qui loca omnia nosse volebat, atque clariorem se existimabat futurum, si pellem inauratam Colchis abstulisset, dicit Peliae regi, se velle eo ire, si vires sociique non deessent. Pelias rex Argum architectum vocari iussit, et ei imperat, ut navim aedificaret quam pulcherrimam, ad voluntatem Iasonis. Per totam Graeciam rumor cucurrit, navem aedificari, in qua Colchos eat Iason, pellem auream petiturus. Amici et hospites ad Iasonem venerunt, et pollicentur se una ituros. Iason illis gratias agit, et rogavit, ut parati essent, quum tempus supervenisset. Iason quum tempus supervenit, litteras ad eos misit, qui erant polliciti sese una ituros: et illico convenerunt ad navem, cuius nomen erat Argo. Pelias rex, quae opus fuerant, in navim imponi iussit, et hortatus est Iasonem et qui cum eo ituri erant, ut animo forti ad perficiendum irent, quae conati essent. Ea res claritatem Graeciae et ipsis factura videbatur. Demonstrare eos, qui cum Iasone profecti sunt, non nostrum est: sed qui vult eos cognoscere, Argonautas legat.

C A P. II.

Iason ut ad Phrygiam venit, navem admovit ad portam Simoenta. Deinde omnes de navi exierunt ad terram. Laomedonti regi Troianorum nuntiatum est, mirandam navim in portum Simoenta intrasse, et in ea multos iuvenes de Graecia advectos esse. Ubi audivit Laomedon rex, commotus est, et consideravit, commune periculum esse, si consuescerent Graeci ad sua littora navibus adventare. Mittit itaque ad portum, qui dicant, ut Graeci de finibus eius discedant: sin dicto non obaudientes essent, sese armis eos de finibus eiecturum. Iason et qui cum eo venerant, graviter tulerunt crudelitatem Laomedontis, sic se ab eo tractari, quum nulla ab eis iniuria facta esset: simul et timebant multitudinem barbarorum, si contra

imperium conarentur permanere, ne opprimerentur: quum ipsi non essent parati ad proeliandum, navim conscenderunt, a terra recesserunt, Colchos profecti sunt, pellem abstulerunt, domum reversi sunt.

CAP. III.

Hercules graviter tulit, a rege Laomedonte contumeliose se tractatum, et eos, qui una profecti erant Colchos cum Iasone. Spartam ad Castorem et Pollucem venit. Agit cum his, ut secum suas iniurias defendant, ne Laomedon impune serat, quod illos a terra et portu prohibuisset. Multos adiutores futuros, si se accommodassent. Castor et Pollux omnia promiserunt se facturos, quae Hercules vellet. Ab his Salaminam profectus, ad Telamonem venit, rogatque eum, ut secum ad Troiam eat, et ut suas iniurias secum defendat. Telamon promisit, omnibus se paratum, quae Hercules vellet. Inde ad Phthiam profectus est ad Peleum, rogatque eum, ut secum eat ad Troiam: pollicitusque est ei Peleus, se iturum. Inde Pylum ad Nestorem profectus est, rogatque eum Nestor, quid venerit. Hercules dicit, quod dolore commotus sit, velle se exercitum in Phrygiam ducere. Nestor Herculem conlaudavit, operamque suam pollicitus est. Hercules, ubi omnium voluntates intellexit, naves quindecim parat, milites eligit. Ubi tempus datum est proficiscendi, litteras ad eos, quos rogaverat, misit: qui cum suis hominibus quum venissent, profecti sunt in Phrygiam, et ad Sigeum noctu accesserunt. Inde Hercules, Telamon et Peleus exercitum eduxerunt; et navibus qui praesidio essent, Castorem, Pollucem et Nestorem reliquerunt. Laomedonti regi nuntiatum est, classim Graecorum ad Sigeum accessisse. Laomedon cum equestri copia ad mare venit, coepitque proeliari. Hercules ad Ilium ierat, et imprudentes qui erant in oppido oppugnare coepit. Quod ubi Laomedonti nuntiatum est, oppidum ab hostibus oppugnari, Ilium illico revertitur; et in itinere obvius Graecis factus, ab Hercule occiditur. Telamon primus oppidum Ilium intravit: cui Hercules virtutis causa Hesionam, Laomedontis regis filiam, dono dedit. Laomedontis filii, qui cum eo fuerant, occiduntur, Hypsipilus, Vol-

contis, Anyritus. Priamus in Phrygia erat, ubi eum Laomedon, eius pater, exercitui praefecerat. Hercules et qui cum eo venerant, praedam magnam fecerunt, et ad naves deportaverunt. Inde domum proficisci decreverunt. Telamon Hesionam secum convexit.

CAP. IV.

Hoc ubi Priamo nuntiatum est, patrem occisum, cives direptos, praedam evectam, Hesionam sororem dono datam, graviter tulit, tam contumeliose Phrygiam tractatam esse a Graiis. Ilium petit cum Hecuba uxore et liberis Hectore, Alexandro, Deiphobo, Heleno, Troilo, Andromacha, Cassandra, Polyxena. Nam erant ei etiam alii filii ex concubinis nati; sed nemo ex regio genere dixit esse, nisi eos, qui essent ex legitimis uxoribus. Priamus ut Ilium venit, minime moram fecit, ampliora moenia extruxit, civitatem munitissimam reddidit, et militum multitudinem ibi esse fecit, ne per ignorantiam opprimeretur, ita ut Laomedon pater eius oppressus est. Regiam quoque aedificavit, et ibi Iovi Statori aram consecravit. Hectorem in Paëoniam misit, Ilio portas fecit, quarum haec sunt nomina: Antenorea, Dardania, Iliä, Scaea, Thymbraea, Troiana. Deinde postquam Ilium stabilitum vidit, tempus exspectavit. Ut visum est ei, patris iniurias ulcisci, Antenorem vocari iubet, dicitque ei, velle se eum legatum in Graeciam mittere: quum graves sibi iniurias ab his, qui cum exercitu venerant, factas in Laomedontis patris nec et in abductione Hesionae pertulisset, omnia tamen aequo sensu animo passurum, si Hesiona ei redderetur.

CAP. V.

Antenor, ut Priamus imperavit, navim conscendit, et profectus venit Magnesiam ad Peleum. Quem Peleus triduo recepit; die quarto rogat eum, quid venerit. Antenor dicit ea, quae a Priamo mandata erant, ut Graios postularet, ut Hesiona redderetur. Haec ubi Peleus audivit, graviter tulit eo, quod haec pertinere ad se videbat: iubet eum de finibus suis discedere. Antenor nihil moratus navim ascendit, secundum

Boeotiam iter fecit, Salaminam advectus est ad Telamonem: rogare eum coepit, ut Priamo Hesionam sororem redderet; non enim esse aequum, tamdiu in servitute habere regii generis puellam. Telamon Antenori respondit, nihil a se Priamo factum; sed quod virtutis causa sibi donatum sit, se nemini daturum: ob hoc Antenorem de insula discedere iubet. Antenor navim conscendit, in Achaiam venit. Inde ad Castorem et Pollucem delatus, coepit ab his postulare, ut Priamo satisfacerent, et ei Hesionam sororem redderent. Castor et Pollux negaverunt, iniuriam Priamo factam esse, sed Laomedontem eos priorem laesisse: Antenorem discedere iubent. Inde Pylum ad Nestorem venit: dixit Nestori, qua de causa venisset. Qui ut audivit, coepit Antenorem obiurgare, cur ausus esset in Graeciam venire, quum a Phrygibus priores Graeci laesi fuissent. Antenor ubi audivit nihil se impetrasse, et contumeliose Priamum tractari, navim conscendit, domum reversus est. Priamo regi demonstrat, quomodo unusquisque responderit, et quomodo ab illis tractatus sit: simulque hortatus est Priamum, ut eos bello persequatur.

CAP. VI.

Continuo Priamus filios vocari iubet, et omnes amicos suos, Antenorem, Anchisen, Aenean, Ucalegontem, Bucolionem, Panthum, Lamponem, et omnes filios, qui ex concubinis nati erant. Qui ut convenerunt, dixit eis, se Antenorem legatum in Graeciam misisse, ut hi sibi satisfacerent, quod patrem suum necassent, Hesionam sibi redderent; illos contumeliose se tractasse, et Antenorem nihil ab eis impetrasse. Verum quoniam suam voluntatem facere noluisent, videri sibi, exercitum in Graeciam mitti, qui poenas repeterent ab eis, ne barbaros Graeci inrisui haberent. Hortatusque est Priamus liberos suos, ut huius rei principes forent, maxime Hectorem; erat enim maior natu: qui coepit dicere, velle se quidem voluntatem patris exsequi, et Laomedontis avi sui necem ulcisci et quascunque iniurias Graeci Troianis fecissent, ne impunitum id Graiis foret; sed vereri, ne non perficere possent, quod conati essent: multos adiutores Graeciae futuros;

Europam bellicosos homines habere; Asiam semper in desidia vitam exercuisse, et ob id classem non habere.

C A P. VII.

Alexander cohortari coepit, ut classis praepararetur et in Graeciam mittatur: se rei principem futurum, si pater vellet: in deorum benignitate se confidere, victis hostibus laude adepta, de Graecia domum rediturum esse. Nam sibi in Ida silva, quum venatum abisset, in somnis Mercurium adduxisse Iunonem, Venerem et Minervam, ut inter eas de specie iudicaret: et tunc sibi Venerem pollicitam esse, si suam speciosiore faciem iudicaret, daturam se ei eam uxorem, quae in Graecia speciosior videretur: ubi ita audisset, optimam facie Venerem iudicasse: unde sperare debere Priamum, Venerem adiutricem Alexandro futuram. Deiphobus placere sibi dixit Alexandri consilium, et sperare, Graecos Hesionam reddituros et satisfacturos, si, ut dispositum esset, classis in Graeciam mitteretur. Helenus vaticinari coepit, Graios venturos, Ilium everuros, parentes et fratres hostili manu interituros, si Alexander sibi uxorem de Graecia adduxisset. Troilus minimus natus, non minus fortis quam Hector, bellum geri suadebat, et non debere terri metu verborum Heleni. quod omnibus placuit, classem comparari et in Graeciam proficisci.

C A P. VIII.

Priamus Alexandrum et Deiphobum in Paeoniam mittit, ut milites legerent. Ad concionem populum venire iubet: commonefacit filios, ut maiores nati minoribus imperarent: monstravit, quas iniurias Graeci Troianis fecissent: ob hoc Antenorem legatum in Graeciam misisse, ut sibi Hesionam sororem redderent et satis Troianis facerent: Antenorem contumeliose ab eis tractatum; nec quidquam ab his impetrare potuisse: ob hoc placere sibi, Alexandrum mitti cum classe in Graeciam, qui avi sui mortem et Troianorum iniurias ulciscatur. Antenorem dicere iussit, quomodo in Graecia tractatus esset. Antenore hortatus est Troianos, ne horrescerent; ad debellandam Graeciam suos alacriores facit: paucis demonstravit, quae in

15 Graecia gesserat. Priamus dixit, si cui displiceret bellum
 geri, suam voluntatem ediceret. Tunc Panthus Priamo et pro-
 15 pinquis prodit ea, quae a patre suo Euphorbo audierat: Si
 Alexander uxorem de Graecia adduxisset, Troianis extremum
 exitium futurum: sed pulcrius esse, in otio vitam degere, quam
 in tumultu libertatem amittere, et periculum inire. Populus
 Panthi auctoritatem contempsit: regem dicere iusserunt, quid
 20 fieri vellet. Priamus dixit, naves praeparandas esse, ut in
 Graeciam eatur: utensilia quoque populo non deesse. Popu-
 lus conclamavit, per se moram non esse, quo minus regis
 praeceptis pareatur. Priamus illis magnas gratias egit, con-
 cionemque dimisit. Ac mox in Idam silvam misit, qui mate-
 25 riam succiderent, naves aedificarent: Hectorem in superiorem
 Phrygiam misit, ut exercitum pararet; et ita praesto esset.
 Cassandra postquam audivit patris consilium, dicere coepit,
 quae Troianis futura essent, si Priamus perseveraret classem
 in Graeciam mittere.

C A P. IX.

Interea tempus supervenit. Naves aedificatae sunt: mi-
 lites supervenerunt, quos Alexander et Deiphobus in Paeonia
 legerant. Et ubi visum est posse navigari, Priamus exercitum
 alloquitur: Alexandrum imperatorem exercitui praeficit, mittit
 5 cum eo Deiphobum, Aeneam, Polydamantem: imperatque
 Alexandro, ut primum Spartam accedat, Castorem et Pollucem
 conveniat, et ab his petat, ut Hesiona soror eius reddatur, et
 satis Troianis fiat: quod si negassent, continuo ad se nuntium
 dirigat, ut exercitum in Graeciam possit mittere. Post haec
 10 Alexander in Graeciam navigavit, adducto secum duce eo, qui
 cum Antenore iam navigaverat. Non multos ante dies quam
 Alexander navigavit, et antequam in insulam Cytheream acce-
 deret, Menelaus rex, ad Nestorem Pylum proficiscens, Alexan-
 dro in itinere occurrit, et mirabatur regiam classem quo ten-
 15 deret. Utrique occurrentes aspexerunt se invicem, inscii quo
 quisque iret. Castor et Pollux ad Clytemnestram ierant, se-
 cum Hermionam neptem suam, Helenae filiam, adduxerant.
 Argis Iunonis dies festus erat his diebus, quibus Alexander in

insulam Cytheream venit. Ubi ad fanum Veneris Dianae sacrificavit, hi qui in insula erant, mirabantur regiam classem, et interrogabant ab illis, qui cum Alexandro venerant, qui essent, quid venissent. Responderunt illi, a Priamo rege Alexandrum legatum missum ad Castorem et Pollucem, ut eos conveniret.

C A P. X.

At vero Helena Menelai uxor, quum Alexander in insula Cytherea esset, placuit ei eo ire. Qua de caussa ad littus processit, ubi Dianae et Apollinis fanum est: ibi rem divinam Helena facere disposuerat. Quod ubi Alexandro nuntiatum est, Helenam ad mare venisse, conscius formae suae in conspectu eius ambulare coepit, cupiens eam videre. Helenae nuntiatum est, Alexandrum, Priami regis filium, ad Helaeam oppidum, ubi ipsa erat, venisse. quem etiam ipsa videre cupiebat. Et quum se utrique respexissent, ambo, forma sua incensi, tempus dederunt, ut gratias referrent. Alexander imperat, omnes ut in navibus sint parati: nocte classem solvant, de fano Helenam eripiant, secum eam auferant. Signo dato fanum invaserunt, Helenam inviolatam eripiunt, in navem deferunt, et cum ea mulieres aliquas depraedantur. Quod ubi Helenam abreptam oppidani vidissent, diu pugnaverunt cum Alexandro, ne Helenam eripere posset: quos Alexander fretus multitudine sociorum superavit, fanum exspoliavit, homines secum quamplurimos captivos duxit, in navim imposuit, classem solvit, domum reverti disposuit: in portum Tenedon pervenit, ubi Helenam moestam alloquio mitigavit, patri rei gestae nuntium misit. Menelao postquam in Pylo nuntiatum est, cum Nestore Spartam profectus est, ad Agamemnonem fratrem misit Argos, rogans, ut ad se veniat.

C A P. XI.

Interea Alexander ad patrem suum cum praeda pervenit, et rei gestae ordinem refert. Priamus gavisus est, sperans, Graecos caussa recuperationis Helenae sororem Hesionam redituros, et ea, quae inde a Troianis abstulerant. Helenam

5 moestam consolatus est, et eam Alexandro coniugem dedit.
 Quam ut aspexit Cassandra, vaticinari coepit, memorans ea,
 quae ante praedixerat: quam Priamus abstrahi et includi ius-
 sit. Agamemnon postquam Spartam venit, fratrem consolatus
 est: et placuit, ut per totam Graeciam conquesturi mitterentur,
 10 ad convocandos Graecos et Troianis bellum indicendum. Con-
 venerunt autem hi: Achilles cum Patroclo, Euryalus, Tlepole-
 mus, Diomedes. Postquam Spartam accesserunt, decreverunt
 iniurias Troianorum persequi, exercitum et classem comparare
 Agamemnonem imperatorem et ducem praeficiunt. Hi legatos
 15 mittunt, ut tota Graecia conveniant cum classibus et exercitibus
 ornati paratique ad Atheniensium portum, ut inde pariter ad
 Troiam profisciscantur, ad defendendas suas iniurias. Castor
 et Pollux in recenti, postquam audierunt Helenam sororem
 suam raptam, naves ascenderunt et secuti sunt. Cumque in
 20 littore Lesbio navim solverent, maxima tempestate correptos
 nusquam comparuisse dictum est: postea creditum est, eos im-
 mortales factos. Itaque Lesbios navibus eos usque ad Troiam
 quaesitum isse, neque eorum vestigia usquam inventa domi
 renuntiasse.

C A P. XII.

Dares Phrygius, qui hanc historiam scripsit, ait, se mi-
 litasse usque dum Troia capta est. Hos se vidisse, quum in-
 duciae essent, partim proelio interfuisse: a Dardanis audisse,
 qua facie et natura fuissent Castor et Pollux. Fuerunt autem
 5 alter alteri similis, capillo flavo, oculis magnis, facie pura,
 bene figurati, corpore deducto. Helenam similem illis, for-
 mosam, animo simplici, blandam, cruribus optimis, notam
 inter duo supercilia habentem, ore pusillo. Priamum, regem
 Troianorum, vultu pulcro, magnum, voce suavi, aquilino cor-
 10 pore. Hectorem blaesum, candidum, crispum, strabum, per-
 nicibus membris, vultu venerabili, decentem, bellicosum, ani-
 mo magnum, civibus clementem, dignum, et amori aptum.
 Deiphobum et Helenum similes patri, dissimiles natura: Dei-
 phobum fortem; Helenum clementem, doctum, vatem. Troi-
 15 lum magnum, pulcerrimum, pro aetate valentem, fortem, cu-

pidum virtutis. Alexandrum candidum, longum, fortem, oculis pulcerrimis, capillo molli et flavo, ore venusto, voce suavi, velocem, cupidum imperii. Aeneam rufum, quadratum, facundum, affabilem, fortem cum consilio, pium, venustum, oculis hilaribus et nigris. Antenorem longum, gracilem, velocibus¹⁰ membris, versutum, cautum. Hecubam magnam, aquilino corpore, pulcram, mente virili, iustam, piam. Andromacham oculis claris, candidam, longam, formosam, modestam, sapientem, pudicam, blandam. Cassandram mediocri statura, ore rotundo, candidam, rufam, oculis micantibus, futurorum¹⁵ praesciam. Polyxenam candidam, altam, formosam, collo longo, oculis venustis, capillis flavis et longis, compositis membris, digitis prolixis, cruribus rectis, pedibus optimis, quae forma sua omnes superaret, animo simplici, largam, dapsilem.

CAP. XIII.

Agamemnonem albo corpore, magnum, membris valentibus, facundum, prudentem, nobilem, divitem. Menelaum mediocri corpore, rufum, formosum, acceptum, gratum. Achillem pectorosum, ore venusto, membris valentibus et magnis, bene crispatum, clementem, in armis acerrimum, vultu hilari,⁵ largum, dapsilem, capillo myrteo. Patroclum pulcro corpore, oculis vividis et magnis, verecundum, rectum, prudentem, dapsilem. Aiaceum Oileum quadratum, valentibus membris, aquilino corpore, iucundum, fortem. Aiaceum Telamonium valentem, voce clara, capillis nigris, coma crispa, animo sim-¹⁰plici, in hostem atrocem. Ulixem formosum, dolosum, ore hilari, statura media, eloquentem, sapientem. Diomedem fortem, quadratum, corpore honesto, vultu austero, in bello acerrimum, clamosum, cerebro calido, impatientem, audacem. Nestorem magnum, naso obunco, longum, latum, candidum,¹⁵ prudentem, consiliarium. Protesilaum corpore candido, vultu honesto, velocem, confidentem, temerarium. Neoptolemum magnum, viriosum, stomachosum, blaesum, vultu bonum, aduncum, oculis rotundis, superciliosum. Palamedem gracilem, longum, sapientem, animo magnum, blandum. Poda-²⁰lium crassum, valentem, superbum, tristem. Machaonem

magnum, fortem, certum, prudentem, patientem, misericordem. Merionem rufum, mediocri statura, corpore rotundo, viriosum, pertinacem, crudelem, impatientem. Briseidam
 25 formosam, non alta statura, candidam, capillo flavo et molli, superciliis iunctis, oculis venustis, corpore aequali, blandam, affabilem, verecundam, animo simplici, piam.

CAP. XIV.

Deinde ornati cum classibus Graeci Athenas convenerunt: Agamemnon ex Mycenis navibus numero centum; Menelaus ex Sparta navibus numero sexaginta; Arcesilaus et Prothoenor ex Boeotia navibus numero quinquaginta; Ascalaphus et Ialmenus ex Orchomeno navibus numero triginta; Epistrophus et Schedius ex Phocide navibus numero quadraginta; Ajax Telamoni-
 5 Amphi- machum, Diorem, Thalpium, Polyxenum, navibus numero quadraginta; Nestor ex Pylo navibus numero octoginta; Thoas ex Aetolia navibus numero quadraginta; Ajax Oileus ex Locris navibus numero triginta septem; Antiphus et Phidippus ex Calydna navibus numero triginta; Idomeneus et Meriones ex Creta navibus numero octoginta; Ulixes ex Ithaca navibus numero duodecim; Eumelus ex Phe-
 10 ris navibus numero decem; Protesilaus et Podarces ex Phylaca navibus numero quadraginta; Podalirius et Machaon, Aesculapii filii, ex Tricca navibus numero triginta duabus; Achilles cum Patroclo et Myrmidonibus ex Phthia navibus numero quinquaginta; Tlepolemus ex Rhodo navibus numero novem;
 15 Eurypylus ex Ormenio navibus numero quadraginta; [Antiphus et Amphimachus ex Elide navibus numero duodecim;] Polypoctes et Leonteus ex Argissa navibus numero quadraginta; Diomedes, Euryalus, Sthenelus ex Argis navibus numero octoginta; Philoctetes ex Melibaea navibus numero septem; Gun-
 20 neus ex Cypho navibus numero viginti una; Prothous ex Magnesia navibus numero undecim; Agapenor ex Arcadia navibus numero sexaginta; Mnestheus ex Athenis navibus numero quinquaginta. Hi fuerunt duces Graecorum, numero quadraginta et unus, qui adduxere naves numero mille septuaginta octo.

CAP. XV.

Postquam Athenas convenerunt, Agamemnon duces in concilium convocat, hortatur, ut quam primum iniurias suas defendant. Rogat, si illis placeat; suadetque, ut, antequam proficiscerentur, Delphos ad Apollinem consulendum de tota re mitterent: cui omnes assentiunt. Cui rei praeficitur Achilles,⁵ et cum Patroclo proficiscitur. Priamus interea, ut audivit, quia hostes parati sunt, mittit per totam Phrygiam, qui finitimos exercitus adducant, doneque milites magno animo comparat. Quum Achilles Delphos venisset, ad oraculum pergit; et ex adytis respondetur: Graecos victuros decimoque¹⁰ anno Troiam capturos. Achilles res divinas, sicut imperatum est, facit. Et eo tempore venerat Calchas, Thestore natus, divinus: dona propter Phryges a suo populo missus Apollini portabat; simul consuluit de regno rebusque suis. Huic ex adytis respondetur, ut cum Argivorum classe mili-¹⁵ tum contra Troianos proficiscatur, eosque sua intelligentia moveat, ne vel inde prius discedant, quam Troia capta sit. Postquam in fanum ventum est, inter se Achilles et Calchas responsa contulerunt: gaudentes hospitio, amicitiam confirmant, una Athenas proficiscuntur, perveniunt, et Achilles eadem in²⁰ concilio refert. Argivi gaudent, Calchantem secum recipiunt, classem solvunt. Quum eos tempestates ibi retinerent, Calchas ex augurio respondit, ut revertantur, et primum in Aulidem proficiscantur, ut Dianae sacrificent. Profecti perveniunt. Agamemnon Dianam placat, dicitque sociis, ut classem sol-²⁵ vant, ad Troiam iter faciant. Utuntur duce Philocteta, qui cum Argonautis ad Troiam fuerat. Deinde applicant classem ad oppidum, quod sub imperio Priami regis erat, et id expugnant, praedaeque facta, proficiscuntur. Veniunt Tenedon, ubi omnes occidunt. Agamemnon praedam dividit, concilium³⁰ vocat.

CAP. XVI.

Inde legatos ad Priamum mittit, si vellet Helenam et praedam, quam Alexander fecit, restituere. Legati leguntur Diomedes et Ulixes, ad Priamum proficiscuntur. Dum legati

mandato parent, mittuntur Achilles et Telephus ad depraedan-
 5 dam Moesiam. Ad Teuthrantem regem veniunt, praedamque
 faciunt. Teuthras cum exercitu supervenit; quem Achilles fu-
 gato exercitu vulneravit: quem iacentem Telephus clypeo pro-
 textit, ne ab Achille interficeretur, commemorans hospitium in-
 ter se eo tempore, quo Telephus adhuc puer, a patre Hercule
 10 progenitus, a Teuthrante rege hospitio receptus est. Diome-
 dem regem ferunt eo tempore cum equis potentibus [venantem]
 et feris, ab Hercule interfectum, Teuthranti regnum reddidisse
 totum: ob hoc eius filium Telephum ei suppetias venisse.
 Quod quum Teuthras intelligeret, se eodem vulnere mortem
 15 effugere non posse, regnum suum vivus Telepho tradidit, et
 eum regem ordinavit. Tum regem Teuthrantem Telephus
 magnifice sepelivit. Suadet ei Achilles, ut novum regnum
 conservet: et plus multo exercitum adiuturum, si commeatu
 et frumento, quot annis morati fuerint, de eodem regno adiu-
 20 vet, quam si ad Troiam eat. Itaque Telephus remanet.
 Achilles cum magno praedae commercio ad exercitum Tenedon
 revertitur. Agamemnoni rem gestam narrat: Agamemnon ap-
 probat, conlaudat.

CAP. XVII.

Interea legati missi ad Priamum veniunt. Ulixes Aga-
 memnonis verba refert, postulat, ut Helena et praeda reddatur,
 satisque fiat regi, ut pacifice discedant. Priamus iniurias Ar-
 gonautarum commemorat, patris interitum, Troiae expugna-
 5 tionem et Hesionae sororis servitutem: denique Antenorem le-
 gatam quum miserit, quam contumeliose ab eis tractatus sit:
 pacem repudiat, bellum indicit, Graecorum legatos de finibus
 repelli iubet. Legati in castra Tenedon revertuntur, renun-
 tiantes responsum. Res consulto geritur.

CAP. XVIII.

Aderant vero ad auxilium Priamo adversum duces Grae-
 corum ductores hi cum exercitibus suis, quorum nomina et
 provincias insinuandas esse duximus. De Zelia Pandarus
 [Amphion, Adrastus]; de Colophoniam Mopsus; de Caria Na-

stes, Amphimachus; de Lycia Sarpedon, Glaucus; de Larissa Hippothous et Copesus; de Ciconia Euphemus; de Thracia Pirus et Acamas; de Paeonia Pyraechmes, Asteropaeus; de Phrygia Ascanius, Asius et Phorcys; de Maeonia Antiphus et Mesthles; de Moesia Ennomus et Chromis; de Paphlagonia Pylaemenes; de Aethiopia Perses et Memnon; de Thracia Rhesus et Archilochus; de Adrestia Adraštus et Amphius; de Alizonia Odius et Epistrophus. His ductoribus et exercitibus, qui parabantur, praefecit Priamus principem et ductorem Hectorem; deinde Deiphobum, Alexandrum, Troilum, Aeneam, Memnonem. Dum Agamemnon consulit de tota re, ex Cormo advenit Nauplii filius Palamedes cum navibus triginta. Ille se excusavit: morbo affectum Athenas venire non potuisse; quo advenerit, quum primum potuerit. Gratias agunt, rogantque eum in consilio esse.

CAP. XIX.

Deinde quum Argivis non constaret, exeundum ad Troiam clam noctu an interdiu foret, Palamedes suadet et rationem addit, luce ad Troiam excensionem fieri oportere, et manum hostium diduci. Itaque omnes ei assentiunt. Consulto Agamemnonem praeficiunt. Legatos ad Moesiam ceterosque locos mittunt, ut exercitui commeatus supportandos curent, Thesidas Demophoontem et Acamantem [et Anium]. Deinde exercitum ad concionem convocat, collaudat, imperat, hortatur: monet diligenter, ut dicto obaudientes essent. Signo dato naves solvunt, tota classis in latitudine accedit ad Troiam. Littora Troiani fortiter defendunt. Protesilaus in terram excensionem facit, fugat, caedit. Cui Hector obviam venit et eum interfecit: ceteros proturbat. Unde Hector recedebat, ibi Troiani fugabantur. Postquam magna caedes utrinque facta est, advenit Achilles. Is totum exercitum in fugam convertit, redigitque in Troiam. Nox proelium dirimit. Agamemnon exercitum in terram educit, castra facit. Postera die Hector exercitum ex urbe educit et instruit. Agamemnon contra clamore magno occurrit. Proelium acre et iracundum fit: fortissimus quisque in primis cadit. Hector Patroclum occidit et

eum spoliare parat. Merion eum ex acie, ne spoliaretur, eripuit. Hector Merionem persequitur et occidit. Quem quum similiter spoliare vellet, adventit suppetias Mnestheus: Hectoris femur sauciat. Saucius quoque multa millia occidit: et perseverasset Achivos mittere in fugam, nisi obvius illi Ajax Telamonius fuisset. Cum quo quum congredere, cognovit, eum esse de sanguine suo: erat enim de Hesiona, sorore Priami, natus. Quo pacto Hector a navibus ignem removeri iussit: et utrique se invicem remuneraverunt, et amici discesserunt.

CAP. XX.

Postera die Graiugenaе inducias petunt. Achilles Patroclum plangit, Graiugenaе suos. Agamemnon Protesilaum magifico funere effert, ceterosque sepeliendos curat. Achilles Patroclo ludos funebres facit. Dum induciae sunt, Palamedes non cessat seditionem facere: indignum regem Agamemnonem esse, qui exercitui imperaret, et indoctum dixit. Ipse coram exercitu multa sua ostendit studia: primo suam exscensionem, castrorum munitionem, vigiliarum circuitionem, signi dationem, librarum ponderumque dimensionem, exercitusque instructionem ostendit. Haec quum a se acta fuissent, non aequum esse, quum a paucis imperium Agamemnoni datum esset, eum omnibus, qui postea convenissent, imperare, quum praesertim omnes ingenium et virtutem spectassent in ducibus suis. Dum Achivi de imperio inter se vicissim certant, proelium post biennium repetitum est. Agamemnon, Achilles, Diomedes, Menelaus exercitum educunt. Contra Hector, Troilus, Aeneas occurrunt. Fit magna caedes, ex utraque parte fortissimi cadunt. Hector Boetem, Archilochum et Prothoenorem duces occidit. Nox proelium dirimit. Agamemnon noctu omnes duces in concilium convocat: suadet, hortatur, ut omnes in aciem prodeant, et maxime Hectorem persequantur, qui de his aliquos duces fortissimos occidit.

CAP. XXI.

Mane autem facto, Hector, Aeneas, Alexander exercitum educunt. Omnes duces Argivorum prodeunt. Fit magna cae-

des. Multa invicem millia Orco demittuntur. Menelaus Alexandrum persequi coepit: quem respiciens, Alexander sagitta Menelai femur transfigit. Ille dolore commotus, pariter cum Aiace Locro non cessat eum persequi. Quos ut vidit Hector instantes fratrem suum persequi, suppetias ei venit cum Aenea: quem Aeneas clypeo protexit, et secum de proelio ad civitatem adduxit. Nox proelium dirinit. Achilles cum Diomede postera die exercitum educit. Contra Hector et Aeneas. Fit magna caedes. Hector [Orcomeneum] Ialmenum, Epistrophum, Schedium, Elephenorem, Diorem, Polyxenum, duces fortissimos, occidit: Aeneas Amphimachum et Nireum: Achilles Euphemum, Hippothoum, Pylaeum, Asteropaeum: Diomedes Antiphum, Mesthlem. Agamemnon ut vidit fortissimos cecidisse, pugnam revocavit. Troiani laeti in oppidum revertuntur. Agamemnon sollicitus duces in concilium convocat: hortatur, ut viriliter pugnarent, neque desisterent, quoniam maior pars ex suis superata sit: sperare se, exercitum ex Moesia quotidie superventurum.

C A P. XXII.

Postera die Agamemnon totum exercitum et omnes duces in pugnam prodire coegit. Contra Troiani. Fit magna caedes, acriter utrinque pugnatur, multa millia hinc et inde cadunt: nec differebatur pugna, ita ut continuis octuaginta diebus pugnatum sit. Agamemnon ut vidit multa millia quotidie cadere, nec sufficere mortuos sine intermissione funerari, misit legatos Ulixem et Diomedem ad Priamum, ut inducias in triennium peterent, ut suos funerare posset, et vulneratos curare, et naves reficere, et exercitum reparare, commeatusque comparare. Ulixes et Diomedes noctu legati ad Priamum vadunt. Occurrit illis Dolon ex Troianis. Qui quum interrogarentur, quid ita armati noctu ad oppidum venissent, dixerunt, se ab Agamemnone legatos ad Priamum missos. Quos ut Priamus audivit venisse, et desiderium suum exposuisse, in consilium omnes duces convocat: quibus refert, legatos venisse ab Agamemnone, et inducias in triennium petere. Hectori suspectum videtur, quod tam longum tempus postulassent. Priamus di-

cere imperat, quid cuique videatur. Omnibus placitum est, inducias in triennium dari. Interim Troiani moenia renovant, suos saucios curant, cum ingenti honore suos quisque funerant.

CAP. XXIII.

Tempus pugnae post triennium supervenit. Hector et Troilus exercitum educunt cum Aenea. Contra Agamemnon, Menelaus, Achilles et Diomedes occurrunt. Fit magna caedes. Hector in prima acie duces validissimos interficit, Phidippum, Antiphum et Merionem: Achilles Lycaonem Euphorbumque occidit: et cetera ex plebe multa millia hominum ex utraque parte cadunt. Pugnatur acriter continuis diebus triginta. Priamus ut vidit multa millia hominum de suo exercitu cecidisse, mittit legatos ad Agamemnonem, ut inducias peterent mensibus sex: et ex consilii sententia Agamemnon concedit inducias. Tempus pugnae supervenit. Acriter per duodecim dies pugnatur. Multi duces fortissimi hinc et inde cadunt, plures vulnerantur, plurimi in curatione moriuntur. Agamemnon mittit ad Priamum legatos, ut triginta dierum inducias postulent, ut funerare mortuos possit. Priamus consulto facit, annuitque.

CAP. XXIV.

At ubi tempus pugnae supervenit, Andromacha, uxor Hectoris, in somnis vidit, ne Hector in pugnam procederet: et quum ad eum visum referret, Hector muliebria verba abicit. Andromacha moesta ad Priamum misit, ut illi prohibeat, ne ea die pugnaret. Priamus Helenum, Alexandrum, Troilum, Aeneam et Memnonem iubet accersiri, ut illi in pugnam prodirent: in pugnam misit. Hector ut ista cognovit, multum increpans Andromacham, arma ut proferret poposcit, nec retineri ullo modo potuit. Moesta Andromacha, summissis capillis, Astyanactem filium protendens ante pedes Hectoris, eum revocare non potuit. Tunc planctu foemineo oppidum concitat, ad Priamum in regiam currit, refert, quid in somnis viderit, et Hectorem velle in pugnam prodire, nec posse proiecto ad genua filio suo revocari. Priamus omnes in pugnam prodire iussit, Hectorem retinuit. Agamemnon, Diomedes,

Achilles, Ajax Locrus, ut videre Hectorem non prodisse, acriter pugnaverunt, multosque duces de Troianorum numero occiderunt. Hector ut audivit tumultum in bello, et sine se Troianos laborare, prosiliit in pugnam. Statimque Idomeneum obtruncat, Iphinoum sauciat, Leonteum occidit, Stheneli femur iaculo figit. Quem ut Achilles respexit, et tot acerrimos duces ab eo interfectos, animum in illum dirigebat, ut illi obvius fieret. Considerabat enim Achilles, nisi Hectorem occideret, plures de Graecorum numero eius dextera perituros. Multa millia hominum interea trucidantur. Acre proelium colliditur. Hector Polypoetem ducem fortissimum occidit: et quum spoliare coepisset, Achilles supervenit. Fit pugna maior, et clamor ab oppido et a toto surgit exercitu. Hector Achillis femur sauciat. Achilles, dolore accepto, magis eum persequi coepit, nec destitit, nisi occideret. Quo interemto, Troianos in fugam vertit, et maxima caede eos usque ad portam fugavit. Cui tamen Memnon fortissime restitit: et illi acriter inter se certaverunt: laesi utrique discesserunt. Nox proelium dirimit. Achilles de bello saucius redit. Noctu Troiani Hectorem lamentantur.

C A P. XXV.

Postera die Memnon Troianos educit contra Graecorum exercitum. Agamemnon exercitum consulit, suadetque inducias duorum mensium postulari, ut suos quisque sepelire possit. Legati ad Priamum proficiscuntur, desiderium prosecuti sunt, duorum mensium inducias accipiunt. Priamus Hectorem suo more ante portam sepelivit, cui ludos funebres facit. Dum induciae sunt, Palamedes iterum non cessat de imperio conquiri. Itaque Agamemnon seditioni cessit, et dixit, se de ea re libenter laturum, ut, quem vellent, imperatorem praeficerent. Postera die populum ad concionem vocat: negat, se unquam cupidum imperii fuisse: aequo animo se accipere, si cui vellent dare: se libenter cedere: satis sibi esse, dum hostes ulciscantur; et parvi facere, cuius id ope fiat. Iubet dicere, si cui quid placeat. Palamedes prodit, suum ingenium ostendit. Itaque Argivi imperium ei tradunt. Palamedes Argivis

gratias agit, imperium accipit, administrat. Achilles vituperat imperii commutationem.

CAP. XXVI.

Interea induciae exeunt. Palamedes ornatum paratumque exercitum educit, instruit, hortatur. Contra idem facit Deiphobus. Pugnatur acriter a Troianis. Sarpedon Lycius cum suis impressionem in Argivos facit, caedit, prostrernit multos. Ei obvius fit Tlepolemus Rhodius: sed diu stando et pugnando male vulneratus cadit. Succedit Perses, Admestae filius, proelium restituit: diuque cum Sarpedone comminus pugnando occiditur. Sarpedon quoque male multatus de proelio rediit. Itaque per aliquot dies proelia fiunt: utrinque ductores multi occiduntur, sed plures a Priamo. Troiani mittunt legatos, inducias petunt, ut mortuos sepeliant, saucios curent. Palamedes inducias facit in annum: suosque sepeliunt, saucios curant. Fide data ultro citroque in oppidum et in castra Argivorum commeant. Palamedes Agamemnonem legatum mittit ad Thesidas, Demophoontem et Acamantem, quos legatos Agamemnon praefecerat, ut commeatus compararent, et frumentum de Moesia a Telepho acceptum supportarent. Ut eo venit, seditionem Palamedis narrat. Illi moleste ferunt. Agamemnon dicit, se moleste non ferre, sua voluntate id factum esse. Interea Palamedes naves comparandas curat, castra munit, turribus circumdat. Troiani exercitum exercent, murum diligenter resarciunt, fossas et vallum addunt, ceteraque diligenter componunt.

CAP. XXVII.

Postquam dies anni venit, quo Hector sepultus est, Priamus et Hecuba et Polyxena ceterique Troiani ad sepulcrum eius profecti sunt. Quibus obvius fit Achilles: Polyxenam contemplatur, figit animum, amare eam vehementer coepit. Tunc ardore impulsus, odiosam vitam in amore consumere coepit: et aegre ferebat, ademptum imperium Agamemnoni sibi que Palamedem praepositum. Amore cogente Phrygio servo fidelissimo mandata dat ferenda ad Hecubam, et ab ea sibi

uxorem Polyxenam poscit: hoc si fecerit, se cum suis Myr-
midonibus domum rediturum: quod quum ipse fecerit, ceteros¹⁰
que idem facturos. Servus proficiscitur ad Hecubam, conve-
nit, mandata dicit. Hecuba respondit, se velle, sed si Pria-
mo viro suo placeat: dum ipsa cum Priamo agat, servus re-
verti iubetur. Servus Achilli quid egerit nuntiat. Agamemnon
cum magno commeatu ad castra revertitur. Hecuba cum Pria-¹⁵
mo de conditione Achillis loquitur. Priamus respondit, fieri
non posse: non ideo, quod indignum eum affinitate existimet,
sed, si ei dederit et ipse discesserit, ceteros non discessuros:
et iniquum esse, filiam suam hosti iungere. Quapropter si
id fieri vellet, pax perpetua fiat, et exercitus discedat, foe-²⁰
deris iura sanciantur: si id factum sit, se ei libenter filiam
datum. Itaque quum servus ab Achille ad Hecubam missus
esset, eadem Hecuba, quae cum Priamo egerat, servo dicit.
Servus Achilli nuntiat. Achilles vulgo queritur, unius mu-
lieris Helenae caussa totam Graeciam et Europam advocatam²⁵
esse, tanto tempore tot millia hominum periisse, tot pericula
adiri, libertatem in ancipiti esse: unde fieri pacem debere,
exercitus recedere.

C A P. XXVIII.

Annus circumactus est. Palamedes exercitum educit, in-
struit. Deiphobus contra. Achilles iratus in proelium non
prodit. Palamedes occasionem nactus, impressionem in Dei-
phobum facit, et eum obruncat. Proelium acre insurgit: ab
utrisque partibus multa millia hominum cadunt. Palamedes in³⁰
prima acie versatur: hortaturque, proelium ut fortiter gerant.
Contra eum Sarpedon Lycius occurrit, eumque Palamedes in-
terficit. Eo facto laetus in acie versatur. Cui exsultanti et
glorianti Alexander Paris sagitta collum transfigit. Phryges
animadvertunt, tela coniiciunt: atque ita Palamedes occiditur.³⁵
Rege occiso, Argivi cedunt: hostes impressionem cuncti fa-
ciunt: turpiter Argivi terga vertunt, in castra confugiunt:
Troiani persequuntur, castra oppugnant, naves incendunt.
Achilli nuntiatum est: dissimulat. Aiax Telamonius fortissime
defendit. Nox proelium dirimit. Argivi in castris Palamedis⁴⁰

scientiam, aequitatem, bonitatem, clementiam lamentantur. Troiani Sarpedonem et Deiphobum deflent.

CAP. XXIX.

Nestor, qui maior natu erat, noctu ductores in consilium evocat, suadet, hortatur, ut imperatorem praeficiant; et si eis videatur, eundem Agamemnonem minima cum discordia fieri posse. Item commemorat, dum is summus imperator esset, prospere gestum esse, satis felicem fuisse exercitum: si cui quid aliud videatur, dicere suadet. Omnes assentiunt: Agamemnonem summum imperatorem praeficiunt. Postera die Troiani laeti ex oppido in aciem prodeunt. Agamemnon contra exercitum educit. Proelio commisso, uterque exercitus inter se fugantur. Postquam maior pars diei transiit, procedit in primis Troilus, caedit, devastat Argivos, in castra fugat. Postera die Troiani exercitum educunt. Contra Agamemnon. Fit magna caedes: uterque exercitus inter se pugnant, proelium acre fit. Multos duces Argivorum Troilus interfecit. Pugnatur continuis diebus septem. Agamemnon inducias petit in duos menses. Palamedem magnifico funere effert: ceterosque duces ac milites utrique sepeliendos curant.

CAP. XXX.

Agamemnon, dum induciae sunt, mittit ad Achillem Nestorem, Ulixem, Diomedem, ut rogarent illum in bellum prodire. Abnegat Achilles moestus, quod iam destinaverat, in bellum non prodire, ob id quod promiserat Hecubae; aut certe se minus pugnaturum, eo quod Polyxenam valde amabat. Coepit male eos accipere, qui ad se venerant, dicens: pacem debere fieri; tanta pericula unius mulieris causa fieri, libertatem periclitari, tanto tempore diffidere; pacem expostulat, pugnam renuit. Agamemnoni renuntiatur, quid cum Achille actum sit, illum pertinaciter negare. Agamemnon omnes duces in consilium vocat: exercitum consulit, quid fieri debeat; imperat dicere, quid cuique videatur. Menelaus hortari coepit fratrem suum, ut potius exercitus in pugnam prodeant; nec debere terri, si Achilles se excusaverit: se tamen per-

suasurum ei, ut prodeat in bellum; nec vereri, si noluerit.¹⁵ Commemorare coepit, Troianos non habere alium virum tam fortem, quam Hector fuit. Diomedes et Ulixes dicere coeperunt, Troilum non minus quam Hectorem virum fortissimum esse: sicque Menelao resistentes bellum geri prohibebant. Calchas ex augurio respondit, debere pugnare, nec curare¹⁰ quod modo superiores Troiani fuerint.

CAP. XXXI.

Tempus pugnae supervenit. Agamemnon, Menelaus, Diomedes, Ajax exercitum educunt. Contra Troiani. Fit magna caedes, pugnatur acriter, uterque exercitus inter se saeviunt. Troilus Menelaum sauciat, multos interficit, Argivos in castra fugat. Nox proelium dirimit. Postera die Troilus⁵ et Alexander exercitum educunt. Contra omnes Argivi prodeunt. Acriter utrinque pugnatur. Troilus Diomedem sauciat; in Agamemnonem impressionem facit, nec non faciem ipsius sauciat; Argivos caedit. Per aliquot dies pugnatur acriter: multa millia hominum ex utraque parte trucidantur.¹⁰ Agamemnon ut vidit, maiorem partem exercitus se quotidie amittere, neque sufficere posse, mittit inducias petere in sex menses. Priamus consilium cogit, indicat Argivorum desideria. Troilus negat, debere dari tam longo tempore inducias, sed potius impressionem fieri, naves incendi. Priamus, quid¹⁵ cuique videatur, dicere imperat. Omnibus placitum est, debere fieri, quod Argivi petunt. Tunc fiunt induciae in sex menses. Agamemnon suos honorifice sepeliendos curat: Diomedem, Menelaum saucios curat. Troiani aequè suos sepeliunt. Dum induciae sunt, Agamemnon ex consilii sententia ad Achillem²⁰ cum Nestore proficiscitur, ut rogaret eum in bellum prodeire. Achilles tristis negare coepit, se proditurum, sed pacem peti oportere: conqueri coepit: sed tamen, quod Agamemnoni nihil negare possit, quum tempus pugnae supervenisset, se milites suos missurum: ipsum excusatum haberet, quod se abstinere²⁵ a pugna. Agamemnon ei gratias condignas agit.

CAP. XXXII.

Tempus pugnae supervenit. Troiani exercitum educunt. Contra Argivi prodeunt. Achilles Myrmidonas instruit, ad Agamemnonem paratos mittit. Fit pugna maior: acriter saevitur. Troilus in prima acie Argivos caedit, Myrmidonas fugat, impressionem facit in castra, multos occidit, plurimos sauciat. Ajax Telamonius obstitit. Troiani victores in oppidum revertuntur. Postera die Agamemnon exercitum educit: omnes duces et Myrmidones prodeunt. E contra Troiani laeti in aciem exeunt. Proelio commisso uterque exercitus interredimicant: acriter per aliquot dies pugnatur: multa millia hominum ex utraque parte cadunt. Troilus Myrmidonas persequitur, sternit, fugat. Agamemnon ut vidit plures ex sua parte occisos, inducias in dies triginta petit, ut suos funerare possit. Priamus inducias dedit. Suos quisque sepeliendos curat.

CAP. XXXIII.

Tempus pugnae supervenit. Troiani exercitum educunt. Contra Agamemnon omnes duces in pugnam cogit. Proelio commisso fit magna caedes: acriter saevitur. Postquam primum tempus diei transiit, prodit in proelio Troilus, caedit, prosternit. Argivi fugam cum clamore fecerunt. Achilles ut vidit Troilum ita desaevire et Argivis insultare, simulque sine intermissione Myrmidonas prosternere, Argivos laborare, prosiluit in bellum. Eum continuo Troilus praecipit, et sauciat. Achilles de proelio saucius redit. Pugnatur continuis diebus sex. Die septimo dum uterque exercitus proelio commisso inter se fugantur, Achilles, qui aliquibus diebus vexatus in pugnam non prodierat, Myrmidonas instruit. Hortatur, alloquitur, ut fortiter impressionem in Troilum faciant. Postquam maior pars diei transiit, prodit Troilus ex equo laetus. Argivi clamore magno fugam faciunt. Myrmidones supervenere, impressionem in Troilum faciunt: de quorum numero multi a Troilo occiduntur. Dum acriter proeliatur, equus Troili saucius corruit, Troilum implicitum excutit. Eum Achilles cito

adveniens occidit, et ex proelio trahere coepit: et subtraxisset, nisi Memnon eripisset, et Achillem vulnere sauciasset. Achilles de proelio saucius redit. Memnon insequitur, et cum multis impressionem facit. Ut respexit eum Achilles, viditque eum instare et laetari, restitit: curato itaque vulnere, et aliquantulum proeliatu, Memnonem multis plagis occidit: et ipse vulneratus ab eo ex proelio recessit. Postquam Persarum dux occisus est, et Troianorum exercitus fusus est, reliqui in oppidum confugerunt portasque clausurunt. Proelium nox dirimit. Postera die a Priamo legati ad Agamemnonem missi sunt, ut inducias peterent. Agamemnon ex consilii sententia in dies triginta inducias facit. Priamus Troilum et Memnonem magnifico funere effert: ceterosque milites utriusque sepeliendos curant.

C A P. XXXIV.

Hecuba moesta, quod duo filii eius fortissimi, Hector et Troilus, ab Achille interfecti essent, consilium muliebre temerarium iniit ad dolorem suum ulciscendum. Alexandrum filium accersit, orat, hortatur, ut se et suos fratres ulciscatur, insidias Achilli faciat, et eum nec opinantem occidat: quoniam ad se miserit, et rogaverit, ut sibi Polyxena in matrimonio daretur, se ad eum missuram Priami verbis, ut pacem foedusque inter se firment constituentque, in fano Apollinis Thymbraei ante portam: eo Achillem venturum, collocaturum: ibi insidias collocari: satis vitae suae esse, si eum occiderit. Quod temerarius Alexander erat, cito se promisit facturum. Noctu ducuntur de exercitu fortissimi, et in fano Apollinis collocantur: signum accipiunt. Hecuba ad Achillem Priami verbis, sicuti condixerat, nuntium mittit. Achilles laetus, Polyxenam amans, postera die ad fanum se venturum constituit. Et insequenti die cum Antilocho, filio Nestoris, ad constitutum venit: simulque ut introivit in fanum, ex insidiis occurrunt. Undique tela coniciunt: eos Paris Alexander hortatur. Achilles cum Antilocho, brachio sinistro chlamyde cooperto, dextra ense exerens, facit impetum. Achilles multos occidit. Alexander Antilochum et Achillem multis plagis confodit. Ita

Achilles ex insidiis, nequicquam fortiter faciens, animam amisit. Quem Alexander auferri et volucris proici iubet. Id ne fieret, Helenus multa commemorans prohibet, et eos de fano eici iubet, et suis tradi. Achillem et Antilochum sui in castra afferunt. Agamemnon Achillem magnifico funere effert: et ut sepulcrum ei faciat, a Priamo inducias petit, ibique ludos funebres facit.

CAP. XXXV.

Deinde consilium convocat: Argivos alloquitur. Placet omnibus, ut, quid faciendo opus sit, dii consulantur. Mittunt continuo, qui consulere debeant: qui responsum accipiant, per Achillis progeniem finem negotii fieri. Quum haec nuntii retulissent, Ajax ait: quum Achilli filius Neoptolemus supersit, neminem aequius super Myrmidonas principatum gerere, eumque oportere accersiri ad exercitum, ut patrem suum ulciscatur, tandemque rei terminus detur. Placet Agamemnoni et omnibus consilium. Datur negotium Menelao. Hic Scyrum proficiscitur ad Lycomedem, avum eius: imperat, ut nepotem suum mittat. Quod Lycomedes Argivis libenter concessit. Postquam induciae exierunt, Agamemnon exercitum educit: instruit, hortatur. Contra Troiani prodeunt. Proelium committitur. In prima acie Ajax versatur. Clamore magno orto, multi ex utraque parte cadunt. Alexander arcum tendit, multos interficit, Aiace latus nudum figit. Ajax saucius per hostes persequi Alexandrum coepit, nec destitit, nisi prosterneret. Ajax fessus vulnere in castra refertur: sagitta exenta statim moritur. Alexandri corpus ad urbem refertur. Alexandro occiso, Diomedes magno animo in hostes impressionem facit. Phryges fessi avertuntur, in urbem confugiunt, quos Diomedes usque in urbem persequitur: portas obserant. Agamemnon exercitum circa oppidum ducit, et tota nocte circa murum obsedit, et curat, ut alternis vicibus diligenter vigiliis agant. Postera die Priamus Alexandrum in oppido sepehit: quem magno ululatu Helena prosecuta est, quoniam ab eo honorifice tractata sit. Quam Priamus et Hecuba ut filiam

aspexerunt et diligenter curavere, quod nunquam despexisset Troianos et Argivos desideravisset.

CAP. XXXVI.

Postera die Agamemnon coepit exercitum ante portam instruere, et Dardanos in proelium provocare. Priamus subsistere, urbem munire, et quiescere, usque dum Pentesilea cum Amazonibus auxilio superveniret. Pentesilea postea supervenit, et exercitum contra Argivos eduxit. Fit proelium⁵ ingens: per aliquot dies pugnatur. Argivi in castra opprimuntur. Cui vix Diomedes obstitit: alioquin castra vastasset, naves incendisset, Argivorum universum exercitum devastasset. Diremto proelio Agamemnon suos in castris retinet. Interim Pentesilea prodit, quotidie devastat Argivos, in bellum pro^ovocat. Agamemnon ex consilio castra munit tueturque, et in bellum non prodit, usque dum adveniat Menelaus cum Neoptolemo. Neoptolemus ut advenit, patris sui arma accipit: circa patris tumulum lamentatur clamore magno. Pentesilea ex consuetudine aciem instruit, et prodit usque ad castra Argivo^rum. Prodit Neoptolemus, Myrmidonas instruit et contra educit: Agamemnon exercitum instruit. Acriter ambo concurrunt. Neoptolemus stragem facit. Pentesilea occurrit: fortiter comminus stetit. Dum per aliquot dies acriter pugnaverunt, ambo multos occiderunt. Pentesilea Neoptolemum sauciat.² Ille dolore accepto Amazonum ductricem Pentesileam obtruncat. Eo facto totum exercitum Troianorum in urbem fugat. Argivi cum exercitu murum circumdant; ut foras Troiani exire non possent.

CAP. XXXVII.

Hoc postquam Troiani viderunt, Antenor, Polydamas, Aeneas ad Priamum veniunt. Agunt cum eo, ut consilium vocet, de fortunis suis quid sit futurum. Priamus consilium convocat: illi postulaverunt loquendi facultatem dare: iubet dicere eos, quid desiderent. Antenor commemorat, principes⁵ defensores Troiae Hectorem ceterosque natos eius cum advenis ductoribus interfectos esse: magnos fortissimosque adhuc

contra stare, Agamemnonem, Menelaum, Neoptolemum, non minus fortem, quam pater eius fuisset, Diomedem, Aiacem
 10 Locrum, ceterosque quam plures summae prudentiae, Nestorem, Ulixem. Contra Troianos clausos et contritos esse. Suadet potius, ut Helena his et quae Alexander abstulit redantur, et pax fiat. Postquam multa verba de pace concilianda dixerunt, surgit Amphimachus, filius Priami, adolescens fortissimus: malis verbis adortus est Antenorem, et eos qui consenserant increpare factaque eorum coepit, et suadere potius, exercitu irruptionem in castra facere, usque dum vincant, aut victi pro patria occumbant. Postquam is finem fecit, Aeneas exsurgit: lenibus mitibusque verbis refutat, pacem ab Argivis
 20 peti magnopere suadet.

CAP. XXXVIII.

Postquam finis dicendi factus est, Priamus magno animo surgit: ingerit multa mala Antenori et Aeneae. Eos auctores belli appetendi fuisse et legatos in Graeciam mittendi; quum ipse quoque Antenor legatus redierit, et renuntiaverit se contumeliose tractatum esse, et suaserit bellandum esse: deinde et Aeneam, qui cum Alexandro Helenam et praedam eripuerit. Quapropter certum sibi esse, pacem non fieri: imperatque, uti omnes parati sint, quum signum dederit, per portas irruptionem facere: aut vincere aut mori sibi certum esse. Haec
 10 postquam dixit, multis verbis eos hortatus, consilium dimisit: Amphimachum in regiam secum duxit, dixitque ei, se vereri ab his, qui pacem suaserant, ne oppidum prodant; eosque habere multos de plebe, qui cum eis sentiant: opus esse eos interfici. Si hoc factum sit, se patriam defensurum et Argivos
 15 superaturum. Simulque rogat, ut sibi fidelis et obaudiens paratusque cum armis sit: id sine suspicione ita fieri posse: postera die, ita uti solet, rem divinam facturum, eosque ad coenam vocaturum. Tunc Amphimachus consilio approbato hoc facturum promittit, atque ita ab eo discessit.

CAP. XXXIX.

Eodem die clam conveniunt Antenor, Polydamas, Ucalogon, Amphidamas, Dolon: dicunt, se mirari regis pertina-

ciam, qui clausus cum patria et comitibus perire mallet, quam pacem facere. Antenor ait, se invenisse, quid faciendum sit; quod sibi et illis in commune proficiat, dum sibi et illis foret fides. Omnes se in fide obstringunt. Antenor ut vidit se obstrictum, mittit ad Aeneam, dicens, prodendam esse patriam, et sibi suisque cavendum esse: ad Agamemnonem de his aliquem mittendum esse, quo id sine suspitione fiat: et maturandum esse; nam regem iratum de consilio surrexisse, quia ei pacem suaserit: vereri se, ne quid novi consilii ineat. Itaque omnes promittunt: statimque Polydamantem, qui ex his minime invidiosus erat, ad Agamemnonem clam mittunt. Polydamas in castra Argivorum pervenit, Agamemnonem convenit, dixitque ei, quae suis placerent.

CAP. XL.

Agamemnon clam noctu omnes duces in consilium convocat: refert eadem: quid cuique videatur, dicere iubet. Omnibus placitum est, ut fides proditoribus servetur. Ulixes et Nestor vereri se dixere, hanc temeritatem subire: Neoptolemus eos refutat. Dum inter se certant, placitum est, signum a Polydamante exigi, et propter id ipsum Sinonem ad Aeneam, Anchisem et Antenorem mitti. Sinon ad Troiam proficiscitur: et, quia nondum claves portae Amphimachi custodibus traditae erant, signo dato [Sinon] vocem Aeneae et Anchisae et Antenoris audiendo, confirmatus Agamemnoni renuntiat. Tunc placitum est omnibus, ut fides daretur et iureiurando confirmaretur, Antenori, Aeneae, Ucalegoni, Polydamanti, Doloni, suisque parentibus, liberis coniugibusque, et consanguineis, propinquis et amicis, qui una coniurassent, omnibus fidem praestari, suaque omnia sacra et bona incolumia habere liceat. Hoc pacto confirmato et iureiurando adstricto, suadet Polydamas, noctu exercitum ad portam Scaeam ut adducant, ubi extrinsecus caput equi pictum est: ibi praesidia habere noctu Antenorem cum Anchise, exercituique noctu portam reseraturos, eisque lumen prolaturos. Id signum irruptionis fore, quod ibi praesto forent, qui ad regiam eos ducant.

CAP. XLI.

Postquam pacta confirmata sunt, Polydamas in oppidum redit: facta renuntiat: dicit Antenori et Aeneae ceterisque, quibuscum actum erat, ut suos omnes ad Scaeam portam adducant, noctu Scaeam portam aperiant, lumen ostendant, exercitum introducant. Antenor et Aeneas noctu ad portam praesto fuerunt, Neoptolemum susceperunt, exercitui portam reseraverunt, lumen ostenderunt, fugae praesidium sibi et suis omnibus ut esset providerunt. Neoptolemus irruptionem facit: Troianos caedit: persequitur Priamum, quem ante aram Iovis obtruncat. Hecuba dum fugit cum Polyxena, Aeneae occurrit: Polyxenam ei tradit, quam Aeneas ad patrem Anchisem abscondit. Andromacha et Cassandra in aede Minervae se tegunt. Tota nocte Argivi non cessant devastare, praedam asportare.

CAP. XLII.

Postquam dies illuxit, Agamemnon omnes duces in arcem Minervae convocat: diis gratias agit, exercitum collaudat, omnem praedam iubet in medium afferri: eam se pariter cum omnibus partiturum: simulque exercitum consulit, an placeat, Antenori et Aeneae cum his, qui una patriam prodiderant, servari, quod illis clam confirmaverant. Exercitus totus conclamat, placere sibi. Itaque convocatis omnibus omnia sua reddidit. Antenor rogat Agamemnonem, ut sibi dicere liceat. Agamemnon dicere iubet. Principio Antenor gratias Graiugenis omnibus agit, simulque commemorat, Helenum et Cassandram semper patri bellum dissuasisse, Achilli sepulcrum Helenum dixisse donari, et dixit Helenum omnia scire. Agamemnon ex consilii sententia Heleno et Cassandrae libertatem reddidit. Helenus pro Hecuba et Andromacha rogare coepit Agamemnonem, commemorans ab his semper eum dilectum esse. Agamemnon ad consilium refert: placuit, illis libertatem reddi, suaque omnia restitui. Deinde praedam omni exercitui aequaliter divisit. Cuncti eum collaudaverunt. Quo facto, diis hostias et vota solvere placuit, et, quando debeant domum reverti, diem constituere.

CAP. XLIII.

Ut dies recessionis advenit, tempestates magnae exortae sunt, et per aliquot dies remanserunt. Calchas ex augurio respondit, inferis non esse satisfactum. Neoptolemo in mentem venit, Polyxenam, cuius causa pater perierat, non esse in regia inventam. Agamemnonem poscit: conqueritur: exercitum accusat. Antenorem accersiri iubet: imperat, ut perquirat eam et adducat. Is ad Aeneam venit, et diligentius perquirat, ut, quum primum Argivi profisciscantur, Polyxena Agamemnoni praesentetur: Polyxenam ibi ut absconditam invenit, ad Agamemnonem adducit. Agamemnon Neoptolemo illam tradit: isque eam ad tumulum patris iugulat. Agamemnon iratus Aeneae, quod Polyxenam absconderat, cum omnibus protinus patria excedere iubet. Aeneas cum suis navibus profisciscitur, Anteriori terram tradit. Agamemnon postquam profectus est, Helena post aliquot dies, moesta magis quam alacris, domum reportatur cum suo Menelao. Helenus cum Cassandra et Hecuba et Andromacha Cherronesum petunt.

CAP. XLIV.

Hactenus Dares Phrygius Graecis litteris mandavit: nam is ibidem cum Antenoris factione remansit. Pugnatum est annis decem, mensibus sex, diebus duodecim. Ad Troiam ruerunt ex Argivis, sicut acta diurna indicant, quae Dares Phrygius descripsit, DCCCLXXXVI millia hominum, usque ad oppidum proditum: ex Troianis DCLXXVI millia hominum. Aeneas profectus est navibus, quibus Alexander in Graeciam ierat, numero XXII: quem omnis hominum aetas, circiter tria millia et quadringenti, secuta est. Antenorem secuti sunt duo millia et quingenti: Andromacham et Helenum mille ducenti. Hucusque historia Daretis.

A D N O T A T I O N E S.

ADNOTATIONES

IN

DARETEM PHRYGIUM.

ADNOTATIONES IN EPISTOLAM.

Studiosissime) Sg. et C. curiose.

mem. commendavit) Sg. et O. mandavit. M. et D. qui-mem. commendatur. Secutus sum C. Infra: quae Dares P. memoriae commendavit. In repetitione formulae ne haereas, cuius generis Dares sit plenus. Latinitas quoque proba. Cic. Phil. II. 13: Quae res gloriosior, quae commendatior erit memoriae hominum sempiternae? Fam. XI. 10: Satis me multa scripsisse, quae litteris commendari possint, arbitror.

adiciendum) Cap. 24. abicere. 1 et 34. eicere. De qua forma diximus ad Dict. Cret. II. 35 n. cr.

reformandi causa) Videtur scribendum rei reformandae causa. Nam C. rei formidandae causa. M. et D. rei formandae causa. Sg. ordinandae rei causa. Secutus tamen sum O. Similis confusio deprehenditur Caes. B. G. III. 13. ubi pro derelictae in aliis libris est relictae, et in optimis rei relictae. Reformare hic est, mutatis narrationibus a Darete acceptis, novam rebus formam dare alienamque eas faciem vertere; quod fere dicitur transformare. In sequentibus C. alioquin meam esse posset, dubitari. orta lectio ex perversa interpretatione. Sensus loci est: Daretis historiis neque addam quidquam neque detraham, ab omni mutandi cupiditate alienus, rerum a Darete narratarum veritati probe addictus: ductus enim novandi studio, quae Daretis sunt, ea mihi ipsi vindicasse auctori viderer.

ut, ita ut fuit) Sic scripsi. In Sg. et C. excidit prius ut, in O. ut ita, in M. et D. cancta ut ita ut fuit.

an Hom.) C. minime Hom. Sg. ane. Optime.

de qua re Athenis iudicium fuit) Ita hoc scriptum est, ut inde quis existimare possit, Athenis olim in iudicio actum fuisse, Daretine

potius an Homero credendum foret, ibique Homerum pro insano exactum. Quod quis unquam audivit! Atqui non illud voluit ineptus scriptor, sed illud tantum, fuisse olim Athenis, qui Homerum stultum iudicarent, quod Deos cum hominibus pugnantes induceret; et Platonem intelligit, qui de Homero illud iniquum iudicium tulit. A quo alii merito dissentientes affirmarunt, solum Homerum aut vidiisse aut ostendisse formas Deorum. *Dacercia*. Cf. Praefat. not. 2. *descripsit*) Sg. *scripserit*. C. *descripserit*.

ADNOTATIONES IN CAP. I.

Pelias rex) In libris adicitur in *Peloponneso*; quae verba Obrech-
tus, quum Pelias rex fuerit Thessaliae, expunxit.

validissime amabatur) *Valide amare* legimus Plant. Merc. Prol. 42; quod idem est atque *valde amare*. Etiam gradus superlativus in simillimis formulis haud rarus est. Cic. Fam. VIII. 2: *validissime favere*. Plin. Ep. I. 20: *validissime placere*. Atque Plin. Ep. III. 15: *te validissime diligo*. pariter ac Dares.

omnibus) Sg. *omni homini*. C. *omni populo*.

ut eam inde auferret cet.) Constructio est: pollicetur, se ei daturum esse omnia, quae necessaria sint, ut eam inde auferre possit; vel: omnia, quibus auferri ea possit.

Iason ubi audivit) Cap. 2: *Ubi audivit Laomed.* 5: *Qui ut audivit*. Ubique intell. *hoc*. Cf. ad Dict. II. 39 n. cr.

fortis animi) C. *animo fortissimus*. Sg. *animi fortissimi*.

iussit ei et imperat) Hac temporum enallages figura, a bonis scriptoribus parce usitata, Dares decies quoque in capite nobis ad taedium usque incommodat; item hac: c. 24: *misit ut prohibeat ne pugnaret*. 40: *praesto forent qui ducant*. 30: *mittit ut rogarent*. 24: *iubet ut prodirent*. cet.

Per totam Gr. rumor cucurrit) Bene. *Serpit rumor* Cic. pro Mur. 21. *Manat per compita* Horat. Sat. II. 6. 50. *Volitat per oppida* Claudian. in Ruf. I. 347. *It per oppida* Ovid. Met. VI. 146. *It clamor coelo* Virgil. Aen. V. 451. Talia imprimis apud poetas inveniuntur.

petiturus) Sg. *petitum*.

Ea res claritatem Gr. et ipsi factura vid.) *Res mihi facit claritatem* non spernenda phrasis est. Nam et *claritas* pro gloria, et *facere* pro efficere, parare, haud ea sunt inusitata. Praeterea *gloriam alicui facere* dicit Plin. XIV. 1. et *famam ingenii alicui facere* Quintil. XI. 2. XII. 5.

Demonstrare) i. e. edicere, enumerare; vel potius: exponere et quasi in scenam producere, *vor Augen führen*; qua notione Gr. ἀνοδείκνυμαι. Cic. Fam. IX. 24: *quum ei rem demonstrassem, et vitam tuam superiorem exposuissem*. Sic verbum *demonstrare* multis

locis capiendam est. Ipse Dar. 8: *Paucis demonstravit, quae in Gr. gesserat.* pro quo infra: *monstravit, quas iniurias Gr. Tr. fecissent,* i. e. docuit. Cap. 5: *demonstrat, quomodo cet.* pro quo Iscan. II. 189: *iter explicat omnia civibus.*

non nostrum est cet.) Sg. et C. *non videtur nostrum esse: sed qui volunt - legant.*

Argonautas legat) Ecce Pseudo-Dares! Cf. Dacer.

CAP. II.

commotus est) i. e. graviter motus, sollicitus, anxius factus est. Nep. Dat. 7: *Quo nuntio Artaxerxes commotus, quod intelligebat cet. commune periculum esse)* i. e. civitatem periclitari. Nep. Alcib. 4: *utilitati communi paruisse,* i. e. civitatis. Caes. B. G. I. 39: *commune periculum miserabantur,* i. e. totius exercitus.

sin dicto non obaudientes essent). Sic scripsi, collatis librorum vestigiis. Etenim C. *sin edicto suo non audientes essent.* Sg. et non dicto *obedissent.* Cett. *et si non dicto obedissent.* Praeterea c. 19: *ut dicto obaudientes essent.* ubi C. *audientes.* Cap. 38: *fidelis et obaudiens.* ita Sg. In C. *audiens.* In cett. *obediens.* Verbum *obaudire* legitur apud Apuleium, Tertulianum posterioresque, ad quorum tempora Dareti interpres est relegandus.

crudelitatem Laom., sic se ab eo tractari). Infinitivus explicat *crudelitatem.* Eadem ratio est Cic. Off. I. 12: *Quid ad hanc mansuetudinem addi potest, eum, quicum bella geras, tam molli nomine appellare?* ubi infin. *appellare* explicat *mansuetudinem.* Dar. 7: *quod (consilium) omnibus placuit, classem comparari, et in Gr. proficiaci.* 30: *Agam. renuntiatur, quid cum A. actum sit, illum pertinaciter negare.* Hoc cap. infra: *timebant multitudinem barbarorum — ne opprimerentur.* ubi *ne opprim.* explicationi sunt praecedentium *timebant multitudinem:* pariter atque Caes. B. G. I. 39: *rem frumentariam, ut satis commode supportari posset, timere dicebant.* ubi nequicquam interpretes variis explicationibus defatigantur.

nulla ab eis iniuria). Pro *a se.* Etiam apud alios scriptores esse huiusmodi exempla haud nescio. Hic tamen scribendum videtur *a se ei.*

domum reversi sunt) Fuse omnia persequitur Henricus usque ad Iasonis a Medea illatam mortem capp. 15 — 20.

CAP. III.

contumeliose-tractatum) Centies Dares (4. 5. 6. 8. 17. 38) *contumeliose aliquem tractare.* cf. Cic. ad Q. Fr. I. 3: *sceleratissime invidiosissimeque tractare.* Fam. VI. 2: *aspere tractare.* Porro Dares 2. 5. 8: *sic se tractari.* ut Cic. Fam. I. 3: *eum ita tractes.* Deni-

que Dar. 35: *honorifice tractata*. ut Cic. Fam. XIII. 27: *nec liberius nec honorificentius potuisse tractari*. Vides haec omnia exemplis ipsius Ciceronis probari; attamen quam alia dicendi genera, eaque magis delectantia, in promptu fuerint, totiens in exiguo libello repetita formula plebeium arguit scriptorem, ex inferiore quodam latorum ordine elapsam.

iniurias defendant) Infra: *et suas iniurias secum defendat*. In his, ut et cap. 11 et 15. *iniurias defendere* est factas iniurias ulcisci. De quo loquendi genere plura exposuimus ad Dict. Praef. p. LV sqq.

a terra) Sg. om. a.

si se accommodassent) sc. ad suam voluntatem, ad auxilium ferendum; vel: si precibus suis obsequerentur. Elegans locutio. Cic. Or. 8: *Omnes enim, qui probari volunt, voluntatem eorum, qui audiunt, intuentur; ad eamque et ad eorum arbitrium et nutum totos se fingunt et accommodant*. Sueton. Tib. 48: *quod Seiano se non accommodassent*, i. e. non favissent, morem non gessissent.

Salaminam) Eadem forma c. 5. 14. Nullus dubito, quin ea omnibus etiam Nepotis locis, quibus insulae Salaminae fit mentio (Them. 2. 3 et 9. Arist. 2), ex MSS. sit restituenda, quorum plurimorum atque optimorum auctoritate constanter ea confirmetur. Id quidem haud nescio, ipsum Cornelium omnesque aureae aetatis scriptores se hac forma abstinnisse; sed qui contraxit Cornellium et mutilavit, is usitatum temporis sui morem amplexus est. Cf. ad Dict. I. 5 n. cr. et Intp. ad Nep. Arist. 2, 1.

omnibus se paratum) Sg. *omnibus rebus*. C. *in omnibus rebus*. v. ad Dict. II. 16 n. cr. Praeterea *omnibus* ponitur pro ad omnia; de quo v. Gloss. ad Dict. III. 13.

ad Phthiam prof.) Vulg. *apud Phthiam*, ut Guido: *se conferant apud Troiam; apud Delphos nuntios dirigamus; apud Delphos se conferant*. Sed sic nemo latinus locutus est. Sg. et C. *ad Phthiam* i. e. in Phthiam. Sic 19: *Legatos ad Moesiam mittunt*. 40: *ad Troiam proficiscitur* i. e. in urbem Troiam. Ingressus in his significatur; ut accessus nostro cap. infra: *ut secum eat ad Troiam; ad Troiam ierat*. 15: *ad Troiam iter faciant*. 2: *ad Phrygiam venit*. De his cf. Gloss. ad Dict. I. 5.

quid venerit) Idem dicendi genus c. 5. 9. 22. Caes. B. G. I. 47. Virgil. Aen. I. 518. Ovid. Met. XI. 622. Plaut. Amph. I. 1, 221.

naves quindecim) Libri *duodecim*, praeter C., in qua *quindecim*. Recte. Nam eundem numerum exhibet Iscan. I. 330: *Aegeosque sinus ter quino remige frangit Lecta cohors, totidemque movet per caerulea pinus*. Veterum alii Herculi tribuant naves duodeviginti, alii sex. v. Dacer.

ubi tempus datum est proficiscendi) *Datur tempus* frequens formula est, sed plerumque alio quo sensu, atque apud nostrum. *Ubi*

tempus datum est nostro loco significat: ubi opportunum tempus se obtulit, advenit, aderat. Cf. Terent. Heaut. II. 1, 6: Nam et cognoscendi et ignoscendi dabitur peccati locus, i. e. veniet tempus. Alio etiam sensu Dar. 10: tempus dederunt, ut gratias referrent, i. e. sie gaben, nahmen, liessen sich Zeit. Cf. Terent. Heaut. I. 1, 38: Sine me, vacivom tempus ne quod dem mihi laboris.

cum suis hominibus) Ut nos: mit ihren Leuten i. e. Soldaten. Sic. c. 23. et alibi multa millia hominum i. e. militum. Comparare possis Caes. B. C. II. 39. Liv. IX. 19. ubi homines equitesque coniunguntur et homines significant pedites.

Inde Hercules-exercitum eduxerunt) Pergit Henricus c. 21 fol. 30 ita: Ausgestiegen, gingen sie zu Rath, wie sie Troja gewinnen wollten. Herkules gab den Rath: er und Telamon wollten mit ihrem Volk liegen in dem nahen Wald bei der Stadt; das andere Volk sollte sich theilen in drei Theile, unter Nestor, Castor und Pollux. Wenn er und Telamon im Walde wären, so sollten die drei Schaaren in dem Land die Dörfer brennen. Wenn die in der Stadt den Brand sähen, so würde alles herauseilen zu Hülfe: dann wollten sie aus dem Walde kommen und die Thore besetzen und die Stadt gewinnen. Und das Alles sollte geschehen, ohne dass der Feind von Allem etwas wüsste. Der Rath gefiel Allen. Die drei Schaaren thaten so: und in einem heftigen Streit erschlug Pollux den Eliathim, König von Carthago, Laomedons Schwestersonn. Da Laomedon das hörte, mahnte er all sein Volk zum Streit und sog aus der Stadt u. s. w. Eadem persequitur Iscanus I. 334 sqq. nonnulla addens, nonnulla demens; ut manifestum sit, interpretem Daretis permulta omisisse, multa etiam aliter retulisse.

e navibus eduxerunt: qui vero praes.) Sg. eduxerunt e navibus qui praes. C. et navibus qui praes. ut edendum curavi.

imprud. qui erant in oppido) i. e. imprudentes oppidanos. Cap. 9: hi qui in insula erant i. e. insulani. Cf. ad Dict. II. 26. Imprudentes i. e. improvidos, necopinantes, securos.

oppugnare) C. urgere, et infra urgeri pro oppugnari. In seq. pro intravit Sg. et C. introit.

Hysipilus, Volcontis, Anyritus) Sg. debentur haec incognita nomina et Iscano, qui I. 446: Amphitus, Hysipilus, Volcontis — saevis vincti post terga catenis Traduntur ducibus: hi dira in funera rapti. Henricus, ut supra accepimus, occisum perhibet Eliathim. Hysipilus introducit etiam Iscanus V. 245. Ceterum in his nominibus Sg. scripturam retinui, quia hoc in genere Iscano parum est auctoritatis.

Priamus in Phrygia erat) Cf. Iscan. I. 454 sqq.

H. secum convexit) Convehere latinis audit comportare frumenta aliasque res in aliquem locum, nusquam mari secum ducere aliquem. Videtur Dares hoc verbo liberius usus esse, quia Hesiona, utpote

mulier captiva, instar praedae erat. Eadem autem libertate Caes. B. G. I. 43: *legionem, quam equis devexerat. ubi v. Herzog.*

CAP. IV.

Hoc ubi) ponitur, ut c. 10. *quod ubi*, et 16. *quod quum*. De quibus v. Herzog. ad Caes. B. G. III. 23. Zumpt. Gram. Lat. §. 799. *cives direptos*) *Cives diripiuntur, werden ausgeplündert, paullo insolenter dici videtur. Sed Nepos Cat. 3, 4: diripuit Lusitanos. ubi v. Bremi, qui consuli iubet Ernest. Clav. Cic. s. v. diripere. C. ereptos. Mox M. O. et D. avectam.*

nemo ex r. gen. dixit esse, nisi) i. e. regia stirpe nati non dicebantur, nisi qui.

esse fecit) Dict. I. 4: *navem ascendere facit. ubi cf. Gloss. — De restituta urbe cf. Henric. c. 22 fol. 31. et c. 25 fol. 39 sq.*

per ignorantiam) Ulpian. Dig. II. 12, 1: *si praetor per ignorantiam evocare perseveraverit.*

Iovi Statori aram) Iscan. I. 540: *hic celsa superbi fulgurat ara Iovis. ubi Iovis Statoris, non Hercaei, ut Dresemius putat, aram significari, testis est Dares. C. Iovis aram statuamque.*

in Paeoniam misit) ut milites legeret, opinor. Cf. c. 8 et 9.

Antenorea) Sg. et O. *Antenorica. C. Antenoride. M. et D. Antenoridae.* Scripsi *Antenorea*; quod idem adiectivum legimus Martial. I. 77. IV. 25. Sic *Hectorea* Virgil. Aen. I. 273. V. 190. *Nestorea* Martial. IX. 30. In seq. M. et D. *Dardaniae, Iliac, Scaecae, Thymbraecae, Troianae.* Bene; solent enim hae portae numero plurali offerri.

tempus exspectavit) sc. patris iniurias ulciscendi. Cap. 9: *Interea tempus supervenit, sc. rei, quam constituerat, agenda. Absolute dicitur tempus; res ex sententiarum serie intelligenda est.*

quum graves) Libri, praeter O, habent *ut quum.*

in abductione Hes.) C. addit *regniq; praedatione.* Bene, si respicis Iscanum II. 61: *Caesum lugere parentem, Exhaustam vidisse domum lapsosque penates.* De voce *abductio* cf. ad Dict. Praef. p. 38.

CAP. V.

ut Graios postulet) Ita Sg. et C. Saepe a Darete hunc in modum ut geminatur. Cap. 23: *mittit legatos, ut postulent, ut possit.* Antea edebatur *Graios postulare*; ex quo Daceria faciebat *Troianos postulare.* *Graios* est ab *Graüs*; ut c. 43: *Agamemnonem poscit, i. e. eam ab Agamemnone poscit.*

secundum Boeotiam) i. e. Boeotiae litus legens navigavit. Ab M. O. et D. haec verba absunt, ut et *adventus est.* Cic. Attic. XVI. 8: *Legiones, quae iter secundum mare superum faciunt.* Et sic alii loquuntur.

nihil a se Priamo factum) sc. iniuriarum, i. e. iniuriam a se nullam Priamo factam, illatam. Infra: *negaverunt iniuriam Priamo factam esse*. Frequens est dicendi genus *facere alicui iniuriam*; barbarum contra *nihil tibi feci*, sensu, quo nos dicimus *ich habe dir nichts* (sc. *Uebeles, Leides*) *gethan*. Comparari tamen debent, qualia sunt: Liv. II. 81: *quid nexis fieri placeret*. Terent. Phorm. I. 2, 28: *coepi iis omnia facere, obsequi quae vellent*.

Achaiam) i. q. Graeciam.

priorem) Sg. *prius*. Infra: *quum a P. priores Gr. laesi fuissent*. Ita recte Sg. In cett. *prius*. Cf. Liv. I. 7 et 23. Caes. B. C. I. 66 et 82. Omnino frequens est usus adiectivi loco adverbii. Dar. 21: *Quos ut vidit Hector instantes fratrem suum persequi*.

Ant. ubi aud. nihil se imp.) Vulg. *Ubi aud. Ant. nil imp. An: Ubi autem vidit Ant., nihil se impetrare?*

CAP. VI.

Lamponem) Videtur idem esse ac *Lampus*, Laomedontis filius. Cf. Dict. IV. 22.

ut hi) sc. Graeci. Caes. B. G. I. 40: *servili tumultu, quos, sc. servos*. Nota figura est. Infra: *exercitum — qui poenas repeterent, intell. milites exercitus*. c. 40: *exercitui — eisque lumen prolaturus, se tractasse*) De meo adieci *se*, sc. Priamum. Absorpta vocula est ab ultima syllaba praecedentis *contumeliose*.

in Gr. mitti) M. O. et D. *mittere*.

praedas raperent) C. *poenas reciperet*. Sg. *poenas repeterent*. Recte. De ultione agit Iscan. IV. 85 et alibi. Apud Henric. c. 27 fol. 43. Hector ait: *Wie seyd ihr so versagt ob des Pfaffen (Antenor) Rede? Was sollen die Träume? Wir wollen uns rächen an den Griechen mit aller Macht*. Cf. Dares infra: *avi sui necem ulcisci et quasc. cet. in desidia vitam exercuisse*) O. *exegisse*. Usitatissima sane formula est *vitam exigere*. Verum non sine exemplo est etiam *vitam exercere*, i. e. agere, pro quo c. 28: *vitam consumere*. 8: *in otio vitam degere*. Sic Iustin. XX. 4: *separatim a civibus ceteris vitam exercere*.

Proprie *exerceri* dici videtur tempus, quod exercendo et laborando transigitur. Virgil. Aen. X. 808: *exercere diem*, i. e. opere exercendo transigere.

CAP. VII.

in d. benignitate se confidere) Rarius est *confidere in re*. Hirt. B. Afric. 19: *Quippe qui in illorum sibi confideret multitudine*. — Cf. Iscan. II. 200.

venatum abisset) ut Terent. Heaut. III. 3, 26: *deambulatum abire*. Sg. *in venatum*.

inter eas de specie) pro: de earum specie. Sordent haec. Cf. Gloss. ad Dict. V. 14.

suam speciosiores faciem) Ita Sg. In C. suam faciem speciosam. In cett. suam speciem meliorem harum specie. Infra pro speciosior C. speciosissima. Sg. speciosior forma. Item pro optimam facie Sg. optima; et sic scribendum iudicat Dacera, optimam hic latine dici posse negans.

Daretem, ut videtur, secutus, sed multo prolixius totam fabulam persequitur Iscanus II. 214 — 613. Fusc eam enarrat etiam Henricus Brunsvigensis, sed multis numeris diverse et longe alio rerum ordine. Etenim librum suum cum Paridis natalibus exorsus, eius vitam longa narratione (cap. 1 — 14) usque ad Iasonis fata expedit, cum quibus Dares, quem nunc legimus, Excidium Troiae incipit: quare iudicii Paridis, de quo in Vita suo loco agit, hic, ubi Dares eius meminit, nullam facit mentionem. Hanc autem Paridis vitam, pulchre ab Henrico descriptam, quia plerumque ab antiqua fabula multum abit eiusque legendae perpaucis copia est, hic summam cum lectoribus communicare operae pretium habui. — Henric. cap. 1. *Des gewaltigen Priamus Frau Hekuba träumte in ihrer Schwangerschaft, eine brennende Fackel wüchse aus ihrem Herzen, welche Troja und das ganze Königreich bis auf den Grund abbrante. Priamus wurde darüber traurig und beschwert. Ein schönes Knäblein wurde geboren; und Priamus beschloss, dass die schädliche Frucht sterben sollte, gab es zweien Knechten und befahl es in einem Walde zu tödten. Darüber hatte Hekuba und das Hofgesinde grosses Leid. An einer Wüste angekommen, zog ein Knecht sein Schwert, um das Kind zu schlachten. Das Schwert war so leuchtend und so schön, dass das Kind seinen eigenen Schatten darin sah und anfang zu lachen. Da konnten die Knechte es nicht über ihr Herz bringen, das Kind zu tödten; sie liessen es am Leben, legten es auf Reiser in die Stauden, schnitten einem jungen Hunde die Zunge aus und brachten diese dem Könige, als Urkunde, das Kind sei getödtet. Der König belohnte sie. Cap. 2. So lag also das Kind, vermisste seine Amme und weinte. Da kam eine wilde Hindin und säugte es; und sie that das sofort dreimal des Tages. Da geschah es, dass ein Hirt das Kind weinen hörte: er spürte der Stimme nach, fand das Kind, hob es auf und trug es heim. Gerade damals war auch die Frau des Hirten in Wochen; diese säugte das Kind, und gab ihr eigenes einer Amme hin. Das Kind wurde hübsch, frisch, schickte sich zu glimpftlichen Geberden und rechten Tugenden. Der Jüngling trieb das Vieh zu Felde, und glaubte, der Hirt sei sein Vater. In Kämpfen wider Feinde wurde er Anführer, in Streitigkeiten Richter. Wegen seiner Gerechtigkeit wurde er Paris genannt; denn par und gleich hat Eine Bezeichnung. In Ausgleichung von Mishelligkeiten richtete er Niemanden zu Liebe noch zu Leide. Cap. 3. Es fügte sich, dass er das Vieh zur Tränke trieb in einen Bach, welcher vor einer wil-*

den Klause floss, worin eine Göttin sass, Egnott geheissen (In titulo capitis scribitur Egnot; infra Egenoe: apparet significari Oenonem, priorem Paridis uxorem). Diese war ausser Massen schön: weshalb sein Herz gegen sie verstrickt ward; und er ward so lustig und so schön anzusehen, dass sie alle ihre Sinne auf ihn lenkte. Ihre gegenseitige Liebe bewirkte, dass er ihr Mann ward und sie sein Weib. Sie lebten freundlich zusammen, und die Göttin fürchtete, Paris möchte seine Liebe zu einem andern Weibe wenden; aber Paris versprach, er wollte sie nimmer vergessen, und grub mit seinem Messer in einen nahen Baum die Worte ein: „Man soll wissen, dass noch heute und immer, wann Paris und Egenoe von ihrer Minne scheiden, so müssen die Wasser hinter sich zu Berge fliessen.“ Mit den Worten ward die Frau versichert, dass eine währende Liebe zwischen ihnen sollte seyn, so lange sie beide lebten. Cap. 4. Da der Jüngling solche Minne pflegte, da ward ein Hof geboten im Lande: den gebot Herr Jupiter, der Gott, wannen er wollte seine Schwester Thetis geben dem Manne Peleus. (Thetis Göttin über alle Wasser, dass sie die Gewalt hätte, dass sie nach ihrem Gebot müssen fliessen und gehen. Peleus König der Griechen.) Deshalb hatte Jupiter viele Götter und Göttinnen zum Feste geladen: Apollo, Meister aller Arznei; Mars, Meister aller Streite; Cupido, Walter der Minnen; Mercurius, der alle Zungen gemerken kann; Bacchus, Gott des Weines; Hymenaeus, der Gott, der aller Brunlust waltet; Neptunus des Meeres Gott; Frau Oreades, Göttin über alles Gebirge; Frau Juno, Göttin des Reichthums und der Schätze; Driades, Göttin der Bäume; Frau Pallas, Göttin aller Wissenheit; Frau Ceres, Göttin alles Saitenspiels; Frau Venus, Göttin der Minne; Frau Naides, die aller Brunnen waltet; Frau Amadriades, die aller Blumen waltet und der Wiese; die Braut Thetis; Frau Diana, Göttin über alle Jägerei mit Netzen und Stricken. Darnach kamen aller Herrschaft viele: Priamus, seine zwei Söhne Hector und Colonus, und seine Tochter Cassandra. An Schönheit und Würde waren unter den Göttinnen die obersten Juno, Pallas und Venus. Da diese drei kurzweilten, kam die Frau Dischordia, d. h. die Mishellige, die vom Jupiter nicht geladen war, und deshalb unzufrieden nun von selbst kam. Cap. 5. Dischordia sass auf einem Pferd, schön gekleidet, und trug ein Ringlein an der Hand mit einem Stein, welcher die Kraft hatte, sie unsichtbar zu machen. Sie trat unter die Frauen und wollte ihre Freundschaft und Kurzweil zerstören, aus Rache, weil Jupiter sie nicht eingeladen hatte. Unsichtbar warf sie einen Apfel unter die Frauen, wunderschön, von Silber und Gold und edlen Gesteinen, und worauf geschrieben stand: „Welche Frau glaubt die beste und schönste zu seyn, die soll ihn für eigen haben.“ Dann stoh sie heimlich von dannen. Jede Frau wollte den Apfel kriegen. Juno schrieb ihn sich zu wegen ihres Reichthums, Pallas wegen ihrer Weisheit, Venus wegen der Herrschaft der Liebe über alle Herzen. Jupiter hörte den Krieg, und sie wollten, dass er ihn entscheide. Das wollte sich Jupiter nicht unterwinden, weil

er keine zum Feind haben wollte, und sprach: es sey ein Hirt im Walde, Paris, welcher durch seine Weisheit alle Mishelligkeiten scheiden könnte; wäre es ihnen recht, so sollte er gerufen werden. Das war allen recht. Paris kam, mit einem groben Mäntelchen, einem Filshut, Schuhen von Rindleder, und einem Kolben. Cap. 6. Man wunderte sich über seinen Anzug, aber auch über seine Schönheit. Jupiter erklärte ihm seine Bestimmung. Der Hirt fragte jede Frau um ihre Würde und Schönheit. Jede beschreibt dieselbe, und sie sanken sich um den Vorsug. Venus gelobte dem Hirten, sie wollte ihm zum Geschenke geben die schöne Helena und deren Hers gegen ihn entsünden mit Minne. Das gefiel dem Paris. Cap. 7. Er giebt der Venus den Apfel. Cap. 8. Venus freute sich, kleidete den Paris schön, führte ihn wieder in den Wald und sagte ihm, dass er eines Königs Sohn wäre. Cap. 9. Da Venus den Paris in so hohen Ehren hielt, gefiel der Jüngling dem Priamus also wohl, dass er wünschte, er möchte zu seinem Hofgesind werden, und bat die Venus um denselben: wenn er eines Königs Sohn wäre und seinen Vater nicht wüsste, wollte er ihn in königlichen Ehren ersiehn, bis er seines Vaters inne würde. Das war der Venus recht. Da aber auch Jupiter ihn zu seinem Gesinde haben wollte, geriethen beide über dessen Besitz in Streit, und beider Hofgesinde waffnete sich. Als sie zum Streit standen, trat Hektor hervor und rief den kühnsten der Feinde zum Zweikampf heraus: wer siegte, sollte den Paris haben. Peleus trat hervor. Hektor warf ihn zu Boden und zog ein kleines Messer hervor, um ihn zu tödten. Aber auf Bitten der Hochseitsfrauen liess er ihm das Leben, und Peleus erklärte ihn als Sieger und rechtmässigen Besitzer des Paris. Cap. 10. Paris dankte der Venus und ermahnte sie wegen der schönen Helena. Venus sagte, er sollte sich wohl haben, sie würde mit Helena verfügen nach seines Hersens Lust. Er wurde so für Helena entbrannt, dass er die Egnoe vergass und die Worte, die er in den Baum geschrieben hatte. Cap. 11. Als die Gäste kurzweilten, kam ein alter Mann, ein griechischer Weissager, ein Meister von Künsten und sonderlich von dem Gestirn, ein Zauberer, der sich verwandeln konnte in Vögel und Thiere, Namens Protheus, und sprach: Noch diese Nacht wird Thetis eines Sohnes schwanger von Peleus, welcher Troja gewinnen, aber auch selbst getödtet wird. Diese Rede beschwerte die Thetis sehr. Sie bestieg mit Peleus das Bett und sie wurde wirklich diese Nacht schwanger. Des Morgens zogen alle Hochseitsgäste von dannen. Priamus führte den Paris nach Troja mit grossen Freuden. Cap. 12. Aber der Hirt, der den Paris erzogen, vermisse ihn; und als er in Troja von einem Wirth erfuhr, dass er bei Priamus wäre, kam er an dessen Hof. Da ging gerade Paris mit Hektor über den Hof spazieren, und sie kurzweilten, und daraus entstand ein Streit, und Paris gab dem Hektor einen unbescheidenen Schlag. Da zog Hektor sornig sein Schwert und wollte ihn durchstossen, als der Hirt rief: „Halt ein, halt ein! Paris ist dein rechter Bruder.“ Hektor wollte dafür Beweise und führte ihn vor

Priamus. Auch dieser wollte Beweise. Da liess der Hirt den Wirth rufen; der Wirth aber war gerade einer von den Knechten, welche den Paris hatten tödten sollen: und dieser erzählte, wie Alles ergangen wäre. Priamus wurde sehr beschwert und dachte an den Traum seiner Frau. Cap. 18. Bald aber kehrte die väterliche Liebe in ihn, bewillkommte und küsste ihn, darob sich alles freute. Paris lebte nun in Freuden bei seinem Vater, nur dass er Jammer hatte nach der Helena und sich gar sehr nach ihr sehnte. — Adiungere visum Achillis natales et educationem, quae ad Prothei vaticinium pertineant. Cap. 14 fol. 17. Thetis gebur das Kind, und es wurde geheissen Achilles. Da er vor Troja sollte erschlagen werden, gedachte sie das Kind von diesem Unfall zu befreien. Sie führte es auf einen hohen Berg, Namens Peleon, der an einer Seite ans Meer stösst und an der andern einen wilden Wald hat. Oben auf dem Berge war ein hoher Stein, darauf lag ein wilder Mann, der hiess Schiron, stark, von fremder Gestalt: der obere Theil des Leibes war ein Mann, der untere ein schwarzes Ross; mit grülichem Gesicht, grossem groben Haar u. s. w. Der Mann konnte alles: kämpfen, schiessen, laufen, springen, zwang die wilden Thiere mit Kraft. Gewohnheit war es, dass die Leute bei ihm ihre Kinder Frömmigkeit lernen liessen. Thetis bat den Mann, ihr Kind zu lehren. Er sprach, er wollte es gerne thun, ihretwillen und Jupiters ihres Bruders willen. So ging sie von dannen und liess das Kind da. Schiron zog das Kind in Härte auf und lehrte es Frömmigkeit. Da der Knabe zwölf Jahr alt war, fand man keinen seines Gleichen in allen Dingen. Bei Schiron war auch ein Knabe, der hiess Portrokulus, der ward Achilles Geselle und sie wurden sehr Freund.

ut dispositum esset) i. e. constitutum, decretum. Cap. 10: ibi rem divinam Helena facere disposuerat. Ibid. domum reverti disposuit. Senior latinitas. Ulpian. Dig. 48, 29, 3: Non alienum erit disponi, apud quem puer interim educetur. Guido: Statimque omnes disponunt, unanimes in maximo exercitu et in multo navigio cumulari.

uxorem de Graecia) Cum de tali uxore nondum retulerit Dares, eum in superioribus aliquid omisisse apparet. Lege Henrici narrationem, et lacunam tibi explere poteris.

CAP. VIII.

ut milites legerent) Ita Sg., non eligerent. Cap. 9: milites — quos — legerant. ubi Sg. et C. elegerant. Legere verbum proprium in militum delectu. cf. Liv. XXXVII. 51. Etiam aliis in rebus legere dicitur pro eligere. Cic. Phil. V. 6: iudices legere. Noster c. 16: legati leguntur. ubi Sg. eleguntur. C. eliguntur.

satis Troianis facerent) Cap. 9: satis Troianis fiat. 17: satisque fiat regi. M. D. et O. satisfacerent Troianis.

ad debellandam Graeciam) i. e. bello vincendam, devincendam. M. D. et O. ad bellandum in Graeciam. quod barbarum esset sensu,

huic loco aptissimo, hoc: ad bellum in Gr. transmittendum, Graeciae inferendum; defensionem tamen admittere posset sensu: ad pugnam contra Graeciam. Sic Nep. Them. 9, 2: *adversam patrem tuum bellare*. Sed sequi visum est Sg. et C.

quae in Gr. gesserat) C. in *ipsa Gr.* An: *quae ipse in Gr. gesserat?*

Panthus) v. Obs. ad Dict. II. 23.

extremum exitium) Fortiter dictum, sed insolenter; nam *exitium* ipsum est extremum.

in tumultu) Absolute pro: in tumultu belli, in bello. Bene. Cap. 24: *ut audivit tumultum in bello*, i. e. turbam, mixtionem pugnantium.

utensilia) hic vocantur, quaecumque ad naves aedificandas bellumque parandum sunt necessaria. Post seq. *non deesse* C. addit: *ad eam rem faciendam, iussitque, ut ire parati essent*. non male, ex Daretis quidem indole.

per se moram non esse) i. e. nos nihil moramur. Terent. Andr. III. 4, 14: *per hunc nulla est mora*.

si perseveraret — mittere) i. e. si constanter in sententia permaneret. Cic. de Leg. III. 12: *Perseveras tu quidem, et in tua votere sententia permanes*. Alia significatione Dar. c. 19: *et perseverasset Achivos mittere in fugam*, i. e. et non deisset. Cic. pro Quint. 8: *Dolabella — iniuriam facere fortissime perseverat*. Nep. Them. 5, 1: *verens, ne bellare perseveraret*.

CAP. IX.

naves aedific.) Classis erat duarum et viginti navium. v. cap. 44. et Henric. c. 28 fol. 45.

navigari) Libri *navigare*.

ad se nuntium dirigit) Sg. *mittat*. C. *mitteret*. ex glossa. Latinum quidem est c. 24: *animum in illum dirigebat*. cf. Cic. Acad. IV. 20. Catull. 63, 56. Sed *nuntium dirigere* pro nuntium mittere ad recentioris latinitatis farraginem relegandum. Guido: *apud Delphos nuntios dirigamus*. Cf. Aurel. Vict. Ep. 34: *Ad quem — inlumenta regia direxerat*, i. e. miserat. — Mox Sg. *exercitus — mitti*.

duce) sc. viae duce. Solus enim Antenor navigaverat, ut c. 5. audivimus, neque ullus Troianus dux additus ei comes erat.

in insulam — accederet) i. e. naves ad ins. adpelleret. *Accedere* pro adpellere frequentissimum est apud Latinos. Melius autem noster loquitur c. 3: *accesserunt ad Sigeum*. 19: *classis accedit ad Troiam*. Nam *accedere in locum* fere significat introitum in locum. cf. Cic. Phil. X. 6: *homo verecundus in Macedoniam non accedit*. Dares autem *in* et *ad* saepe promiscue usurpat. cf. ad 3 et 19. Qui usus quum apud alios scriptores non sit absque exemplo (e contrario

Eutrop. II. 14: *regressus ad Africam, pro in Afr.; et sexcenties*), atamen nostro loco non displicet ratio cod. Sg., in quo omittitur in.

ins. Cytheroam) *Cytheroa* hic et ubique in Daretis libris vocatur insula, quae veteribus omnibus *Cythera* est. *Cytherea* apud veteres adpellatur *Venus* dea, quae in insula *Cythera* colebatur. Daretem *Cytherea* adiective pro *insula Cytheriaca*, *Cythereia* posuisse, vix adducor ut credam. *Iscanus* et *Henricus* recte scripserunt *Cythera*; *Daretis* autem *interpres* nomen per ignorantiam corruptis videtur.

Menelaus — Pylum proficiscens cet.) *Henricus* c. 28. *Paris* und sein Gefolge stiessen auf die Insel *Cythera*. Auf deren Gestade war ein Tempel der *Venus*, und viel Volk war da versammelt, welches der Göttin opferte; denn man beging eine Hochzeit. *Paris* und die Seinigen kleideten sich schön und gingen auch in den Tempel. Nahe auf einem Berge sass des Landes Königin. Zu ihr kam die Mähre, dass Fremde wären kommen, wohlversogne, besonders einer ausgezeichnet vor den andern, und wären in den Tempel gegangen. Sie wollte die Gäste sehen, wollte auch zu der Hochzeit und die Göttin ehren. Es war *Helena*; die kam mit 50 Frauen, um die Gäste zu schauen. *Paris* erblickte sie zuerst, und die Minne in seinem Herzen sagte ihm, dass es *Helena* sey, und wurde entzündet. Als sie in den Tempel gingen, standen die Gäste davor, und sie bewillkommte sie; die Gäste dankten. Und da sie *Paris* ansah, entbrannte sie gegen ihn mit ganzer Minne. Darnach kam der König selber auch, *Menelaus*, der die Gäste freundlich empfing, den *Paris* bei der Hand nahm, zu seiner Frau führte und ihr sagte, sie sollte die Gäste einladen. Darob freute sich die Frau, dass die Gäste in ihrem Hause sollten seyn. Als die Hochzeit zu Ende war und man vom Tempel schied, führte der König den *Paris* auf seine Veste und fragte ihn um seinen und seines Landes Namen. *Paris* sagte: „Mein Land heisst *Libya*, in welchem die Stadt *Carthago*, wo ich geboren; in fremden Landen sollte ich lernen Frömmigkeit und Ehre; und habe von Euch viel Tugenden gehört, und bitte bei Euch bleiben zu dürfen; meine Ritterschaft will ich dann heim senden.“ *Menelaus* freute sich und hiess ihn und sein Gesinde da bleiben. Aber *Paris* liess sein Volk wegführen hinter ein Gebürge, wo sie niemand sehen konnte vor Bäumen und Gewülden, und liess sie da warten bis auf weitere Botschaft. Er selbst blieb beim König am Hof und hiess sich *Alexander*. Er suchte nun der Frau seine Noth zu klagen, und gefiel ihr sehr. Da geschah es, dass *Castor* und *Pollux*, des Königs Schwäger, zum *Menelaus* sandten, dass er ihnen helfen sollte in einem grossen Krieg in ihrem Lande; *Menelaus* rüstete sich und zog weg, und liess die Frau und den Gast zu Hause. Diese wurden bald ganz vertraulich. Einstmals fragte *Helena* den Gast, warum er in ihr Land gekommen? Da sagte er, da *Venus* ihm versprochen, dass Sie ihm zu Theil werden sollte. Er erzählte ihr von seinem Reichthum, seinem grossen Lande und Herrschaft und suchte sie zu überreden, mit ihm in sein Land zu fahren und seine

Frau zu sein. Sie wollte sich nicht darein fügen. Er beschloss daher sie mit Gewalt zu rauben und brauchte List. Er ging zu Polydamas und sagte ihm, er sollte mit einem Schiffe an der Veste des Menelaus landen, mit halb weissen und halb schwarzen Segeln; denn des Königs Segel waren auch so. Eines Morgens nun kam Paris zu Helena und sagte: „Mich dünkt, Frau, der König kommt gefahren; tretet auf die Zinnen und sehet die Segel.“ Da ging sie mit Paris gegen das Schiff an des Meeres Ufer, um ihren Mann zu bewillkommen, sie und drei Frauen mit ihr. Cap. 29. Am Ufer angekommen, wurde Helena mit drei Jungfrauen mit Gewalt ins Schiff geworfen, und Paris segelte ab. Paulo aliter narrat Henricus c. 90 fol. 167. Als Paris nach der Helena fuhr im Venus Tempel, war Menelaus weggefahren in ein anderes Land. Da Helena in den Tempel kam und Paris sie sah, ward er entzündet und auch Helena, und sie thaten dieses einander Kund in kursen Worten. In der Nacht überfiel sie Paris im Tempel und fing alle Frauen, die bei ihr waren, und nahm alles, was sie hatten, und beraubte auch den Tempel und ging zu Schiff. Auch andere im Tempel wurden viele gefangen und auch auf der Insel. Die Insel hieß Cythera, und war nahe bei dem Lande, wo Menelaus Herr über war; und war auch die Insel in seiner Gewalt.

mirabatur reg. classem quo tenderet) Pro: mirabatur, quo regia classis tenderet. Graecis hoc attractionis genus frequens est, nec infrequens inde Romanis. Aristoph. Pax 608: εἰ βούλεσθ' ἀκούσαι τήνδ', ὅπως ἀπώλετο, pro ἀκούσαι, ὅπως ἦδε ἀπώλετο. — Sg. tenderent.

adduxerant) M. et D. abduxerant.

Argis Iunonis cet.) Iscan. III. 207:

*Plebs quoque Iunoni celebrem confluxerat Argos,
Ludificum ductura diem, pontusque vocabat,
Et tellus exuta viris.*

Lege: portusque vacabat. nam v. 219: plebs undique portus decursu complet.

Ubi ad fanum V. D. sacrificavit, hi qui) Ita legi et distinxi. O. et C. venit. ubi ad f. V. D. (C. et D.) sacrificavit. Hi (C. At hi) qui cet. Sg. M. et D. venit, ubi fan. Veneris erat, Dianae sacrif. Hi qui. In Veneris templo a nuptias celebrantibus sacrificatum esse dicit Henricus. Sed lux Daretis verbis affunditur ex Iscan. III. 211:

Prodit in abruptum praetentis insula saxis

Myrtigerae sacrata deae (Veneri). Huc littora (l. littore) blando

Freta Phrygum pubes puppesque agit: ipse (Paris) propinquas

Sanguine sacrificio Latoidos (Dianae) irrigat aras

Princeps, et larga cumulat promissa securi.

Igitur Daretem sic intellige: In aris Dianae, quae prope fanum Veneris erant, Paris Dianae sacrificavit. Eodem autem in litore erat etiam Dianae et Apollinis templum, ut refert Dares cap. seq.

interrogabant ab illis) Igitur, ut *rogare*, sic etiam *interrogare* ablativum personae cum praep. *ab* admittit? Aliud eiusmodi exemplum mihi ignotum esse fateor. — Sequens *venerant* adieci ex Sg. et C.

CAP. X.

Helena — placuit ei) Anacoluthon.

ubi D. et Ap. fanum est) Nempae ad oppidum Helaeam, ut infra Dares narrat. Ibidem etiam arae Dianae et Apollinis, ut ad templa solet. Cf. Iscan. III. 258.

ad Helaeam opp.) Sg. et C. *ad Helenam*. In cett. omittitur vox. *Helaeam* scribendum censuit Dresenius ad Iscan. III. 222: *Ignotos visura viros ad littora gressus Dirigit* (Helena), *acclivemque freto defertur Helaeam*. cf. v. 254. *urbis Helaea nomen*. — In seqq. libri, praeter C, habent *ubi Helena erat*.

quum se utrique respexissent) Cap. 21: *quem respiciens Al.* 24: *quem ut A. respexit.* 33: *ut respexit eum A.* In his *respicere* est conspiciere, videre. Serior latinitas. cf. ad Dict. II. 47. Pro aspicere ponere illud videtur Cic. pro Cluent. 61: *quem nemo recipere tecto, nemo adire, nemo alloqui, nemo respicere vellet*.

ut gratias referrent) C. inserit *invicem*. Sg. *gratiam*. *Gratiam referre* (*gratias* rarius esse docuit Brem. ad Nep. Them. 8, 7) apud Latinos est: beneficium remunerari. Talis relatae gratiae apud Henricum fieri mentionem supra accepimus. Atqui nostro loco formula illa alio sensu, licet vix vindicanda latinitate, capienda esse videtur. Nam sensum equidem, rerum ordini accommodatum, nullum extorquere possum, nisi hunc: tempus dederunt (de quo loquendi genere diximus ad c. 3), ut *gratias*, i. e. pulchritudinem suam *invicem* inlicendi causa ostenderent. Cui sententiae favere videntur Iscani versus 223—248, in quibus praesertim respice v. 245 sq. Quum huius non inelegantis poetae carmen parum sit vulgatum, versus integros descripsissem, nisi paginam explerent.

inviolatam) Sg. *non invitam*. Vi raptam esse clamat contextus, probaturque narratione Iscani et Henrici.

mulieres — *depraedantur*) i. e. rapiunt (ut est in C. ex glossa), ut praedam auferunt. Nove dictum. Habet idem verbum c. 16: *ad depraedandam* (Sg. et C. *praedandam*) *Moesium*, sed notione depopulandi, praedam agendi; qua illo, omnino raro, utuntur scriptores inde a Iustino et Apuleio. Dict. Cret. II. 16. *depraedatus* ponitur vi passiva.

Quod ubi H. abr. opp. vid.) Ita ex Sg. edidi. C. *Dum oppidani vid. Helenam raptam, diu p. cum A., nec Hel. er. valere.* posteriora bene se habent. M. D. et O. *Quod opp. quum vidissent.* De *quod ubi* v. ad c. 4. *Sequentia ne Hel. er. posset delenda* videntur.

fanum exspoliavit) Sallust. Cat. 51: *fana atque domos exspoliari*.

secum — captivos duxit) pro abduxit. Nam *ducimus volentes, abducimus invito*, ait Donat. ad Terent. Ad. III. 3, 4. Consulas Cort. ad Sall. Iug. 41. Sed ut *abducere* saepe etiam usurpatur, ubi nulla vis intercedit, ita Dareti in contrariam partem simplici *ducere* uti placuit pro abducere, abstrahere, vi rapere. Forsitan tamen recte se habet lectio Sg. *abduxit*, omisso *captivos*. — Pugnā canit Iscan. III. §11 sqq.

moestam alloquio mitigavit) Iscan. III, 321: *solatur praedo Laecaenam*. et infra v. 329:

— — non iam oscula reddit,
Non reddenda negat Helene, sed pectore toto
Incumbens gremium solvit, premit ore, latentem
Furatur Venerem: iamque expirante Dione,
Conscia secretos testatur purpura rores.

Henric. c. 29 fol. 50: *Des Nachts führte Paris die Helena auf ein schönes Bett und erlösete sie von aller traurigen Sorge*. Daretis interpretem huius *αἰσχρολογίας* puduisse videtur.

C A P. XI.

cum praeda) i. e. cum Helena. Sg. *cum magna praeda, ad patrem — pervenit*) Magaa pompa receptus est. Henric. c. 30 fol. 51. Iscan. v. 344 sqq.

causa recuperationis) Nonnunquam *causa* praepositur. v. Herzog. ad Caes. B. G. III. 20.

inde a Troianis) *Inde a* de tempore et spatio frequentissimum est. Hic insolenter ponitur pro simplici *a*.

memorans) bene a Sg. abest.

quae ante praedixerat) Cassandram vaticinatam esse, c. 8 relatum est; ipsum autem vaticinium non adiectum. Excidium Troianis praedixerat. v. Henric. c. 28 fol. 45. Iscan. III. 362 sqq.

includi) Iscan. 385: *indignisque datur Cassandra catenis*.

ut tota Gr. conveniant cet.) *C. per totam Graeciam*. bona interpretatio est. Sg. *conveniat*. quod profectum a librario, qui *tota Graecia* nominandi casu accipiebat, cum sit casus auferendi. Intellige principes totius Graeciae. *Ornati paratique* Sg. debetur. *C. armati, om. paratique*. M. O. et D. *ornati pariter*. Etiam c. 26: *ornatum paratumque exercitum*. cf. ad Dict. II. 32. I. 18. Ceterum Daceria perperam coniungere videtur *ornati cum classibus*, ut et c. 14. Ego sic iungo: cum classibus conveniant ad portum; et c. 14: cum classibus Athenas convenerunt.

unde pariter) Crat. et *inde*. Sg. *ut inde*.

in recenti) sc. tempore; sensu, quo nos dicimus *frisch* pro *rasch, gleich*. Iscan. 432: *Haud mora concendunt classem*. Guido: *Statim, postquam de raptu Helenae ad eos fama pervenit, se in mare cum*

multo navigio immiserunt. Formulam saepius legimus apud Ictos. Mo-destin. Dig. 48, 29, 25: *Non eo modo puniendos eos, qui longo tempore in reatu agunt, quo eos, qui in recenti sententiam recipiunt.* Eadem latinitate Cic. Fam. II. 10: *in praesenti*, sc. tempore. Reprimere tamen non possum coniecturam *in re recenti, auf frischer That, sogleich;* quocum compara Liv. XL. 17: *in re praesenti.* An fortasse *ira recenti?* Iscan. 433: *Dum praeceps animus, et nil decoctius audet Ira recens.*

Cumque in litore Lesb. cet.) M. D. et O. Lesbo navim solverunt, max. t. correpti, nusq. comparuerunt: postea dictum est, eos imm. Sed Sg. et C. Cumque (C. Quum) in litore Lesbio navim solverent, max. t. correptos (C. correpti) nusq. comparuisse creditum est: postea dictum est, eos imm. Unde locum refingere visum est, ut prostat. Iscan. 432: Lesboque relicta. et postquam multis versibus ortum tempestate vitae discrimen certamenque cecinit, pergit v. 468: Lesbos—secuta (i. e. Lesbii secuti sunt) Lacones, quos nec apud Phrygios, mediis nec repperit undis, credidit esse deos. Guido: Quidam credere voluerunt, eos divino munere factos deos et vivos translatos in coelum. Hiuc est, quod poetae dixerunt, eos in coelum assumptos constituisse signum in sodiaci circulo. Cf. Henric. c. 90.—Castor et Pollux, qui Paridem persequentes maris fluctibus intereant, ab Henrico c. 46. putantes ad Troiam introducunt.

inventā domi) Sg. inventum domum.

C A P. XII.

Hos se vidisse) Quos? Castorem et Pollucem? Interiisse eos ante bellum, modo narravit. En bilinguis scriptor! Sed intelligendi Graecorum Troianorumque duces esse videntur. Respice locum Guidonis a me in Praefat. allatum. — Mox Sg. et C. a Dard. autem audisse. Bene.

Castor et Pollux. Facie pura, von reiner, frischer Gesichtshaut. — Bene figurati, von guter Körperbildung. Compara Polyxenae membra composita et Aeneam quadratum. — Corpore deducto idem esse videtur atque Iscani IV. 76. tenui productus corpore de Antenore, quem Dares fuisse ait longum, gracilem, Malalas μακρόν, λεπτόν. Cf. Iscan. IV. 142: Naupliaden tenui progressum corpore; quem Dares gracilem, longum vocat.

Helena. Animi simplici. C. animo simplici; quo epitheto eodem casu ornantur etiam Polyxena et Briseis. Significatur autem eine schlichte, ungekünstelte Gemüthsart. — Blundam, einschmeichelnd, überredend. cf. Iscan. 195. — Cruribus optimis. Iscan. 188: Pes brevis incensu terram libante supino Lascivum suspendit iter, crurumque decora Mobilitas compto libramine ponderat artus. Polyxenam ornant crura recta, pedes optimi. — Notam inter duo sup. Guido; quan-

dam modicam et tenuem cicatricem, quae miro modo decebat eandem. cf. Iscan. 191. ibique Dresem. — *Ore pusillo.* Iscan. 184: *et alta, Lenius ut pressis insidant basia labris, Parcus in roseum consurgunt ora tumorem.* — Helenae pulchritudinem depingere veterum certarunt plures. v. Dresem. ad Iscan. 172. Iscanus eam describit versibus non minus triginta sex.

Priamus. *Aquilino corpore.* Corpus aquilinum tribuitur etiam Hecubae, Priami uxori, et Aiaci Locro: significari a scriptore barbaro videtur corpus robustum et regia maiestate praeditum. Iscan. IV. 43: *Celsa duci Priamo late surgentibus armis Effulcit roseum cervix caput, ardua scribunt Membra virum, blandoque genas terrore minaces Regius ornat honos.* Sed locis tribus omnibus corrigendum censui *aquilo corpore.* Plaut. Poen. V. 2, 152: *Statura haud magna, corpore aquilo.* Color aquilus medius esse fertur inter album et nigrum. v. Intp. ad Plaut. et Forcellin. Lex. Ignorant alii hunc Priami colorem: a Malala p. 105 ed. Bonn. vocatur *πυρόχροος*, Hecuba *μελίχροος*, Aiax *μελίχροος*, *μελάνθριξ*. — Guido: *Scriptis (Dares) Priamum — hominem strenuitatis multae, virum intrepidum et absque timore, cibos valde diluculo affectantem, blanditias hominum habentem exosas; fuit enim in sermonibus suis omnino veridicus, iustitiam coluit, sonos musicos et cantationes amoris libenter audivit: nec fuit rex alius, qui maiori honore suos commilitones amasset, et maiorum donorum affluentia ditasset eosdem.*

Hector. *Candidum.* Malal. *μελάχροος*. — Strabonem. Edidi strabum ex Sg. et C. *Στραβός* est ap. Malal. — *Pernicibus membris.* Guido: *habuit membra durissima, sustinentia pondera magna laborum. — Vultu venerabili — decentem — dignum.* Coniungenda haec videntur omniaque ad vultum spectare, significantia: *ein ehrwürdiges, anständiges, würdevolles Gesicht, Ansehen.* Epitheto *decens* subiecta etiam notio est pulchritudinis, decōris. v. Ovid. ap. Senec. Controv. II. 10. et Fast. V. 23. in Forcellin. Lex. Etiam aliquam vultus serenitatem haec vox amplectitur. Claudian. de VI Cons. Hon. v. 537: *Ipse favens votis, solitoque decentior aer, i. e. serenior.* Quod sensit Iscanus, canens v. 53: *faciem lanugo serenam induit.* — *Civibus clementem.* Guido: *nunquam verbum iniuriosum aut indecens ab ore eius exiit.* cf. Iscan. 53. — *Amori aptum.* Guido: *Nunquam legitur aliquis in aliquo regno fuisse, qui tantum a suis regnicolis amaretur.*

Deiphobus et Helenus. *Doctum.* Guido: *multis erat edoctus liberalium artium disciplinis.* Cf. Iscan. 59: *colit hic artes, hic arma fatigat: Deiphobum Mavors, Helenum denulcet Apollo. Vatem om.* Sg. — *Multis Deiphobum Helenumque ornat Malalas.*

Troilus. *Magnum.* Guido: *Licet multum fuerit corpore magnus, magis tamen fuit corde magnanimus; animosus multum, sed multam habuit in sua animositate temperiem. — Pulcerrimum.* Guido: *Dilectus plurimum a puellis, cum ipse aequalem servando modestiam delectaretur in illis. — Valentem.* Iscan. 61: *Mente gigas, aetate puer,*

nullique secundus Audendo virtutis opus. — Cupidum virtutis. Iscan. III. 65: *bellique sititor et gladii consultor.*

Alexander. *Fortem.* Guido: *Arcus magisterio excellenter edoctus, et in virtute penandi multum fuit armorum strenuitate securus, et rigidus miles in bellis.* Εὐσθενής quidem et τοξότης εὐστοχος est apud Malalam, at δειλός. — *Capillo molli et flavo.* v. Iscan. IV. 68 sqq. — *Ore venusto.* Malal. μεγαλόστομος. — *Cupidum imperii.* Malal. φιλήδονος.

Aeneas. *Rufum.* Malal. πυρρῶν, λευκός: illud ad capillum spectat, hoc ad cutem. Bene Iscan. IV. 72: *crine minax.* — *Quadratum, gedrängt, gesetzt, von gemessenem Körperbau.* Malal. κονδοειδής, παχὺς, εὐστηθος. Quadrati a nostro dicuntur etiam Aiax Oileus et Diomedes: et viri docti fere intelligunt staturam medianam. Sueton. Vesp. 20: *Statura fuit quadrata, compactis firmisque membris.* Cornel. Cels. II. 1: *Corpus habilissimum quadratum est, neque gracile neque obesum.* cf. Dresem. ad Iscan. IV. 125. Sed Iscanus et Guido videntur intelligere *einen breitschulterigen, viereckigen, vierschrotigen Menschen.* Nam de Aenea Guido: *pectore grossus, parvus vero corpore.* Iscan. 74: *stabiles libratur in artus, fusi humeris.* de Aiace Guido: *amplis scapulis.* Iscan. 116: *fusi artus.* de Diomede Guido: *amplo pectore, robustis scapulis.* — *Fortem cum consilia.* Sg. M. et D. om. cum. C. *fortem in cons.* Secutus sum O. Graeci Aeneam νοῦν τῶν Τρωῶν vocabant. Guido: *sanis consiliis satis plenus, mirabiliter sapiens et multa litteratura peritus.* — Addit Guido: *Inter alios Troiae maiores nullus extitit, qui tantarum rerum immobilium possessionibus abundaret, locuples in castris, dives in villis.*

Post Antenorem Guido inserit Polydamantis et Memnonis characterem, a Darete ut et Iscano praetermissum. Ille autem ita scribit: „*Polydamas, iuvenis speciosus, multa fuit strenuitate conspicuus, laudandus moribus, corpore longus et gracilis, sicut prior (Antenor), sed parum fusco colore respersus; multum fuit hic fortis in viribus et valde potens in armis, ad irascedum tamen velox, sed moderamine multo frenatus. Rex vero Memnon pulcherrima forma, sed grandis, latis scapulis, grossis brachiis, pectore durus, crinibus autem crispatis et flavis, oculorum vero eius orbis nigro fuerant colore perlucidi, mirae strenuitatis miles, et qui in Troiano bello multa et laudanda per egit.*“ — Miror quod Guido Memnonem Graecis adnumerat ducibus quum auxilio fuerit Troianis.

Hecuba. *Magnam.* Malal. τελεία. — Addit Guido: *fuit mirabilis sagacitatis, illustris, multis erudita doctrinis.* Iscan. 80: *nec partu species effasta frequenti Marcida vectoris uteri dispendia sentit.*

Andromacha. *Candidam:* ad cutem pertinet. Malalae ὑπόξανθος ad crinem spectat. Guido: *lacte candore refulgens, rubicunda maxillis, roseis labris, et caesarie deaurata.* — *Longam.* Malal. δι-

μοιριαία, λεπτή. — *Blandam*. Malal. γλασίνας ἔχουσα ἐν ταῖς παρειαῖς, εὐχαρής. — *Sapientem*. Guido sapientiam tribuit Hecubae.

Cassandra. *Candidam*, revocavi ex C; sicque eam vocant Guido et Malalas. Addit Guido: *multum lentiginosa facie*; atque lentigines plerumque cutem candidam comitantur. — *Praeterea* Guido: *virginitatem appetens, et omnes quasi actus fugiens muliebres; multa novit praedicere de futuris, cum in astrorum scientia et liberalibus disciplinis et potenter et patenter edocta*.

Polyxena. *Pedibus optimis*. Iscan. 98: *pede brevi*. Malal. μικρόπους. — Guido sic praedicat: „Virgo tenerrima, multa speciositate decora. Haec fuit vere verus pulchritudinis radius, quam natura multo studio depinxit, et in qua rerum natura nihil erraverat, nisi quod mortalem eam statuerat: cuius speciem particularibus explanare sermonibus, labor esset inutilis, cum eius forma quasi omnium aliarum praecelleret speciem mulierum. Intelligitur ergo, omnem in eam membrorum pulchritudinem abundasse, et ea floruisse virtute, ita quod omnis generis exosas habuit vanitates.“

C A P. XIII.

Agamemnon. *Nobilem divitem*. *Divitem* revocavi ex Sg. et C. Iscan. IV. 99: *Martius ornatus honore Agamemnona* — vultu praecone potestas *Enitet, et regem species armata profatur: Mixta virum phalerant cirro candente decora Virtus, nobilitas dives, facundia prudens*. De eius regia specie cf. Dacer. — Addit Guido: *laboris erat amicus, dum esset quietis impatiens, discretus, audax*.

Menelans, *Mediocris statura*. Ita ex C. scripsi. Sg. *mediocris staturae*. Cett. *mediocri corpore*. Guido: *eius forma inter longitudinem et terminos brevitatis medium decenti statura servabat*. Cf. cap. 12: *Cassandram, mediocris statura*. — Addit Guido: *In armis autem erat strenuus et bellandi desiderio nimium animosus*.

Achilles. *Membris val. et m.* C. m. val., magna vi brachiorum. Sg. m. val. magnis, vibatum bene crisp. Recte videtur habere C. — *Bene crispatum — capillo myrteo*. Iscan. III: *in arctos crispatur cirros coma myrtea, crinis in armos deprimitur*. Color myrteus quis sit, ex Guidone discimus, qui Achillem fuisse ait *flavis crinibus sed crispatis*; et ex loco Philostr. p. 708, quem Dresemius ad Iscan. I. attulit, ubi de eodem Achille: τὴν μὲν δὴ κόμην ἀμφιλαφῆ αὐτῷ εἶναι καὶ χρυσοῦ ἠδίω. — *Largum, dapsilem*. M. D. et O. om. largum. At Guido: *largus in donis et prodigus in expensis*, cf. c. 12: *Polyxenam largam, dapsilem*.

Patroclus. *Oculis vividis et magnis*. M. et D. *viridibus*. C. *oculis caesiis, viribus magnis*. Iscan. 113: *acie grandis*. Guido: *variis oculis*. An: *oculis variis, viribus magnis?* — *Rectum*. explicatur Iscan. 115: *constare sibi, disponere cunctis*. Bene rectus hic dicitur,

qui vulgo firmus et constans. — *Dapsilem*. Iscan. 114: cui cura iuvare muneribus. — Addit Iscanus: *eloquio leni*. Et Guido sic eum describit: *Tantalus* (l. *Patroclus*) *vero fuit corpore grandis, fuit fortis multum, variis oculis, candidus rubore permixto, veridicus, humilis, lites fugiens sed proelia iusta peroptans*. Utrum hinc pro *verecundus* Daretis legendum *veridicus*, an ex Iscano *vere facundus*?

Aiax Oileus. *Quadratum*. At Malal. μακρός. Homerus: ἄνηρ ἧῶς τε μέγας τε, ἕξοχος Ἀργείων κεφαλὴν καὶ εὐρέας ὄμους. — *Iucundum*. Guido: *facilis ad loquendum*. Iscan. 116: *vox teneris discincta vocis, mens ardua*, in quibus priora non intelligo: *vocis corruptum videtur, scribendumque sonis*. cf. v. 119: *serentis sonis*. *Arduae menti convenit Malalae μεγαλόψυχος*; at Guido ait: *multum vero fuit pusillanimus*. — *Fortem*. C. addit *sagacem*. Fuitne *salamcem*? Malal. καταγύναιος. Memento *Cassandreae raptatae et corruptae*. Propensior tamen animus est, ut credam, *sagacem* originem debere sequenti *Aiacem*. — Praeterea Guido: *semper vestibis caris comptus*.

Aiax Telamionius. *Voce clara*. Guido: *Delectabatur in cantu, dum vocem commode haberet, cantionum et sonorum in multa copiositate repertor*. — *Coma crispa, animo simplici*. Ex Sg. et C. haec mihi recipienda videbantur. Guido: *nigris crinibus sed crispatis; qui pompas in suis virtutibus non dilexit*. Iscan. 118: *Aiacem coma pulla venustat, in torquem collecta levem*. 120: *mens fraudis hebes*. — *hostem*. Sg. *hoste*.

Ulixes. v. Dacer. ad h. l. et Dressm. ad Iscan. 121. — *Formosum*. Sg. et C. *firmum*.

Diomedes. *Corpore honesto* i. q. *pulchro*, Supra: *Patroclum, corpore pulcro*. Pariter infra: *Protesilaum, vultu honesto*; pro quo c. 12: *Priamum vultu pulcro*. Cf. Ruhnken. ad Terent. Dict. p. 19. — *Clamosum*. Quis nescit Homericum βοὴν ἀγαθὸς Διομήδης? — Addit Guido: *in promissis fallax; libidinosus quidem multum, et qui permultas traxit angustias ob fervorem amoris*.

Nestor. *Naso obunco*. Iscan. 131: *Nasi grata minus brevitatis incurva sedentis*. Philostr. Her. p. 671: μὴ ἀποκρεμώμενον τὴν ὄναι. C. *naso longo*. — *Longum*. Sg. *largum*. — Quod post *latum* in libris sequitur *maximum*, auctoritate C delevi, ob praecedens *magnum*. — *Candidum*. Iscan. *senioque nitenti*. — Addit Guido: *ad irascendum facilis, et provocatus ad iram, nulla poterat frenari temperie, licet esset in eo brevi spatio duratura*. Huic nullus aequari potuit in tanta sinceritate fidelitatis amicus.

Protesilaus. *Corpore candido*. Iscan. 132: *vernante gena, candente capillo*. Philostratus κόμης ξανθῆς meminit. — *Temerarium*. Iscan. 135: *Nil grave, nil usurum* (l. *arduum*) *censet, nil linquit in-usurum*.

Neoptolemus. *Virosus*. Apage Neoptolemus ἀνδρομανής! Cito ex Sg. rescribe *viriosum*, i. e. virium plenum. — *Vultu bonum* i. q. vultu honesto, pulchro. — *Superciliosum*, i. e. superciliis iunctis, ut Guido scribit. — Addit Iscan. 139: *proiectior alvus*. Guido: *crinibus nigris, latus pectore, largis scapulis*. Sed doctus erat in legibus et exercitio multo causarum.

Palamedes. *Animo magnum*. C. *magno*. Sg. *fortem magnum*. Iscan. 143: *magnanimum*. — *Blandum*. Guido: *affabilis, tractabilis, urbanus, et multa dona diffundens*.

Podalirius. *Crassum*. Guido: *tanta pinguedine tumefactus, quod vix se ipsum ducere poterat, aut stare multum erectus*.

Machaon. *Certum*. Iscan. 147: *vis temere ausa nihil*. — Guido: *superbus, animosus, nudatus fronte calvitio, et qui nunquam de die dormivit*.

Merion. *Viriorum* ex Sg. et C. legendum est, non *virosus*. — *Crudelem*. Iscan. 148:

Impia praecipitem natura Meriona mergit,
Invidiae cinctum stimulis, curaeque tenacis
Defessum excubiis; teretes cumulatur in artus
Carnea massa tumens, animique ebullit Erinnyis
In caput, in corpus reliquum; livescit inustum
Sanguineis pectus maculis, gena disputat hydris,
Indicio peiore virens, et mentis anhelas;
Accusant furias flammati incendia crinis.

Impiam naturam ignorat Malalas, et apud Homerum Merion in laude est. Guido eum describere omisit.

Briseida. *Alta statura*. C. *nec alta*. Sg. *non alta*. Recte. Guido: *nec longa, nec brevis, nec nimium macillenta*. Iscan. 156: *in medium librata staturam*. — *Superciliis iunctis*: quorum iunctura, dum multa pilositate tumesceret, modicam inconvenientiam praestabat, addit Guido. — Praeterea Guido: *Multos traxit propter illecebras amatores, multosque dilexit, dum suis amatoribus animi constantiam non servasset*.

Pergit Guido: „Praeter hos et alios maiores scripsit idem Dares, in Graecorum auxilium Persarum regem in multa venisse militum comitiva: cuius colores ac formam inter ceteros non omisit. Scripsit enim, eum fuisse magnae staturae, vultum habuisse pinguisimum, faciem lentiginosam, capillos et barbam velut igneam rubicundam.“ Atqui non Graecis hic auxilio venit, sed Troianis, fuitque dux Memnonis. v. ad c. 18.

Malalas ducum Graecorum non nisi tres descripsit, Aiacem Oileum, Neoptolemum, Merionem. Dictys quin de omnibus egerit, non est dubium. Exhibet autem Malalas etiam Idomeneum, Philoctetem, Calchantem, Glaucum; quos Dares praetermisit. Si in universum characteres comparas, Malalam, id est Dictyn, hoc in genere minus

confusum, multo prolixiorum et perfectiorum invenies, praesertim in oris lineamentis. Praeterea Malalas propius ad veterum poetarum testimonia accedit. Daretem autem sua ex Dictye hausisse, quod Praefat. ad Dict. p. XXVII sq. praepropere et rationibus non satis expensis affirmavi, eam opinionem esse revocandam existimavi. Immo Dictys, inquit, characteres suos antiquiori debet Dareti. Falsum hoc iudico: nam quum multis in nominibus inter utrumque conveniat, at tamen universa respicienti illos mirum quantum differre, atque Dictyn, ut ceteris in rebus, ita in heroum quoque imaginibus, ad antiquiores magis se accommodasse persuasum erit. Etiam in ipsis fabulis si consentire uterque videatur, ob ingentem, quae inter illos in fabulis enarrandis intercedit, discrepantiam, fortuito potius hoc factum esse existimaverim, quum omnino Dictys antiquitati sit addictus, Dares autem monstra quaerat. Interpres Daretis Graecum exemplar non tam religiose secutus esse videtur, quam Iosephus Iscanus Devonius, qui characteres exhibet, a latino Darete ob negligentiam praetermissos: Guido autem multos videtur de suo addidisse, alios omisit. — Fons denique characterum et Graecorum Troianorumque ad Homerum cyclicosque poetas est reducendus. Ad accuratiorum formae morumque definitionem picturae virorum clarorum, praesertim Polygnoti, contulisse videntur. cf. Pausan. Phoc. lib. X. c. 25 sq. Ad quarum exemplum descriptae videntur Imagoes Philostrati. Dictyn (ap. Malal.) antiquiores imagoes fideliter expressisse, iudicare non potest, quisquis eius indolem imbiberit. Certum contra est, neminem hoc in genere magis genio inservisse, quam Daretem, quique eius exemplo scripserunt.

CAP. XIV.

Athenas convenerunt) cum extremi dies et ultimi Februarii mensis instarent, et mensis Martius succederet, ait Guido. — Iscanus navium catalogum silentio praetermisit.

Agam. — 100) Henricus c. 31. tribuit 200; totidem Menelao.

T. fratrem, Elide Amph. cet.) Ita M. D. et O. Sed Sg. fratrem, bubationem, *Amph. C. Bublotionem, Amph., Dorium, Thesium, Polisenium.* Dioces etiam in enumeratione ducum post finem Daretis in ed. C. adiecta, item c. 21. et Iscan. V. 344. in *Dorius* corrumpitur. *Thesium* est Thalpius. Et quidquid in corrupto nomine *bubationem* seu *Bublotionem* latet, societas Aiacis cum Eliis ducibus, licet iidem apud veteres discernantur (v. ad Dict. I. 17), Dareti abiudicari non posse videtur. Etenim Guido, qui presse Daretem sequitur, sic scribit: *Telamonius autem Ajax de regno suo, de sua civitate nabili Salamina, quinquaginta (sic) naves adduxit. In cuius comitioa fuerunt multi duces et comites, et sunt hi: dux Teutor (Teucoer), dux Amphiatu (Amphimachus), comes Dorion (Dioces) et comes Thesus (Thal-*

pius). Henricus c. 32: *Aias Telamotius, Sohn des Königs von Saliny (Salamis), Cedius und Epistros (Schedius und Epistrophus), swei edle Frigen (Phryger?) von Defoto (?), brachten . . . Bracken. Poluzenar fuhr mit ihnen. Anfriachus (Amphimachus) von Derion (und Diore) und der Herzog Theseus (Thalpius) brachten 100 Schiffe. Verrum quia Dares in navium catalogo in ducum nominibus plerumque cum Homero convenit, totum locum, ni Guido impedimento esset, sic refingeres: *Ajax T. ex S. ad s. T. fratrem . . . Amphimachus, Diore, Thalpius, Polyxenus ex Blide naves n. q.* Lacunam porro expleres verbis *navibus numero duodecim*, ex Homero et Dictye, vel etiam ex ipsius Daretis loco, qui infra sequitur, quo de 12 Amphimachi et Antiphi navibus disputo.*

Nestor — 80) Guido: L. — *Thoas* — 40) C. LX. Guido: L. — Inserit hic Guido: *Rex autem Doximax de regno naves detulit L.* — *Ajax* — 37) Guido: *de regno suo, quod Demenium dicebatur, Thelamonius Oileus LVI naves adduxit.*

Antiphus, Phidippus nav. n. 30) Sg. *Antiphus, Philippus, thoas ex caledona.* C. *Ant. Phid. Thoas ex Alcedone.* Guido habet: *Polibetes vero et Amphimachus de provincia Calcedoniae naves adduxere XXX.* Henricus: *Antipus und Silicous, ein König von Calcedonien, brachten 100 (si numerum recte intelligo) Schiffe. Ex Calydna restituendum esse, nemo non videt. Calydna est Sporadam insularum una, quibus imperitarunt Antiphus et Phidippus.* v. Hom. II. II. 677. Sed quid sibi hic vult *Thoas*? Supra enumeratus est *Thoas ex Aetolia*: cui igitur hic nullum domicilium. Nomen viri in depravata voce latere certum est; alioquin Dares scripsisset *Antiphus et Phidippus*, haud ommissa copula, quam in navium recensione nusquam omiserit. In eadem hic angustias redacti sumus, quas apud Dictyn et Malalam (v. ad Dict. I. 17 n. cr.), quorum ille Antipho et Phidippo adiungit (si MSS. fides est) *Eutrathraten*, hic *Sorthen*. Tria autem haec nomina nullam habent similitudinem. Quid igitur? Certe corrupta sunt, sive viri nomen, sive insulae insularumve (Sporadam, Calydnarum) occultant.

Ulixes — 12) Sg. et C. XL. Guido: L. — *Protesilaus* — 40) Guido: L. — *Podalirius* — 32) Guido: XXXI. — *Tlepolemus* — 9) Guido: Thelapus — XX. — *Eurypylus* — 40) C. LX. Scripsi praeterea ex *Ormenio*. v. Hom. II. II. 734. Dict. I. 17. Libri ex *Orchomeno*. Guido: L.

Antiph. et Amph. — 12) Sg. XI. C. *Xantippus*, hic, c. 23. et in ducum enumeratione ad finem Daretis. Guido: *Antipus et Amphimachus, domini cuiusdam rusticanae provinciae, quae dicta est Helida, naves XI adduxere.* Antiphus Phocensis erat, supra iam nominatus; iam etiam recensitum legimus Amphimachum, Elium: Quare uncis locum inclusi. Fortasse hinc Aiaci Telamonio suas duodecim naves restituendas esse, supra suspicati sumus.

Polypoetes — 40) Guido et Sg. LX. Pro *Larissa*, ut est in libris, scribendum ex Hom. Il. II. 738. esse *Argissa*, iam vidit Daceria.

Guneus — 21) Guido: *Firmeus* — XI. — *Prothous* — 40) Ita Sg. In cett. XI. Guido: L; quot apud eundem etiam Agapenori tribuuntur.

Mnestheus — 50) Post hunc C. introducitur: *Creneus ex Pilo navibus numero viginti duabus*. An *Nireus ex Syme*? qui apud Homerum et Dictyn tres naves ducit. Nireus nominatur c. 21. et ad finem Daretis in C. Guido Mnestheum omittit eiusque loco scribit: *Treorius de regno suo, quod Reisa dicebatur, XXXI naves secum adduxit.*

quadragesima et unus) Sg. XLIX. C. et Guido: LXIX. M. D. et O. XLVII. Homerus (et cum eo Dictys) numerat duces XLVI. Dares haud nominavit quidem Arcesilai et Prothoenoris socios, Peneleum, Leitum et Clonium; naves tamen tribuit duobus, quas Homerus quinque omnibus: quare hoc silentium differentiam non efficit. Sed omisit etiam Elephenorem (Iscan. V. 344. vocat *Helpenoren*) cum 40 navibus, omisitque Nireum cum navibus tribus: neque, ubi hos inseram, habeo, nisi in C. lectione *Creneus* Nireus latet. Illud *Antiphus et Amph. ex Elide n. n. 12.* genuinum esse nequit; neque Homericum aliudve aptum nomen eorum loco in promptu est. In corrupto nomine *Thoas* aliud latere, supra diximus. Denique his quatuor nominibus amotis, restat ducum numerus XLI, additis illis XLV.

mille septuaginta octo) Sic edidi. Sg. *centum, mille, XX. i. e. MCXX. C. MCXL. Vulgo: MCCII.* Guido: *mille ducentae viginti duae*. In navium numero Dares plerumque cum Homero consentit. Abit autem ab eo in his: Apud Hom. Aiax Oileus ducit naves 40, apud Dar. 37; apud H. Eumelus 11, apud D. 10; apud H. Podalirius et Machaon 30, apud D. 32; apud H. Guneus 22, apud D. 21; apud H. Nestor 90, apud D. 80. Porro in locum 40 navium Elephenoris et trium Nirei apud Homerum, cessere in libris Daretis 12 naves Antiphi et Amphimachi, et 22 Crenei. Omissis navibus horum ducum controversorum restat apud Daretem navium numerus MLXXVIII, additis autem numerus MCXII. Apud Homerum numerus est MCLXXXVI. Cf. ad Dict. I. 17. ubi etiam de navium catalogo Henrici Brunsvigensis egimus.

C A P, XV.

in concilium convocat) in quadam planicie extra moenia, ubi sedilia parata erant, ait Guido. Oratio autem Agamemnonis apud Guidonem haec est: „O viri nobiles, qui in verarum virtutum viribus in hoc ordine iuncti estis, aperte cognoscitis et videtis, quanta sit ipsarum virium verarum potentia, quanta sit virorum in nostram confluentium comitivam pugnantium multitudo. Quis unquam vidit temporibus retroactis tot reges et principes insimul in unam voluntatis consonantiam

aggregatos, tot iuvenes armorum bellicositate conspicuos coniunctos in unum ad bellicosa arma ingerenda viriliter contra hostes? Nonne manifesta dementia ducitur et spiritu caecitatis obducitur, qui contra vos praesumit elevare calcaneum et vires vestras ad proelia irritare? Sane de nobis omnibus, qui sumus in hoc exercitu cumulati, tales centum potentiores agnosco; quorum unum duntaxat revera sufficeret ad exequendum illud et feliciter terminandum, ad quod nos omnes insimul anhelamus. Nemini enim nostrorum venit in dubium, quin simus ad praesens pulsati dedecore, quantis pro damnis nobis et nostris nuper provocati simus contra Troianos arma iusta capessere et dueros contra eos inire conflictus. Ut autem ardentibus animis ad nostras consequendo omnino vindictas unanimes insurgamus, et hoc rationabilis necessitas ingerit, et nos ad hoc iustus dolor impellit, ut primo obloquentium ora frenemus et nostrorum vituperia detergamus, sic ut Troiani de cetero ad committendum similia non praesumant et, de commissis contra nos eorum excessibus si poenis debitis non vexentur, ad duriora; quod absit procedere postmodum non timebunt. Neque enim maiores nostri assuefacti fuerunt, aliquid dedecoris sub silentio pertransire, quod per obloquentium diffamationem eis obprobriose posset adscribi; nec nos quidem simili modo conniventibus oculis dissimulare debemus, quod obprobriose nobis et nostris possit successoribus exprobrari, maxime cum tot simus in unius voluntatis desiderio concurrentes et in tanta simus potentiae latitudine constituti. Quis enim est hodie, qui nostras metiretur potentias? Et de facto nullus videtur, qui ad offensionem nostram auderet intrepidus insurgere, excepta gente fatua Troianorum, qui caeco et stolido ducti consilio se in offensam nostram indiscussis et fatuis propositis iniecerunt. Nonne hoc novit mundi pars maxima, qualiter quidam ex nostris in Laomedontam regem priorem regis Priami armis bellicis irruerunt et tradiderunt eum neci et infinitos ex suis, urbem suam Troiae ab ipso Laomedonta rege possessam funditus evertentes. Nonne adhuc apud nos sunt hodie plures ex illis in Graecia, qui in provinciis nostris a nostris, adducti violento iure praedoneo, deflent perpetuas servitutes? Sane non est impossibile neque difficile mille potentioribus facere, quod quatuor minus potentes fecerunt aut quinque. Scio quidem, eos scire, nos esse adversus eos accinctos, et ideo multa sibi mendicasse suffragia et multa subsidia quaesivisse, ut adversus nos potenter obsistant et se contra nos viriliter tueantur. Quare mihi videtur acceptum, si hoc vobis cedat ad gratum, ut, antequam ab hoc portu salubriter dissolutis anchoris diacedamus, ad Delphos ad Deum Apollinem speciales devotos nostros nuntios dirigamus, recepturos a Deo ipso et ab aliis Diis nostris certa responsa, quid nos de cetero facere deceat et liceat de his, quae sumus eis favoribus aggressuri."

si illis placeat) Sg. si cui pl. C. si cui quid pl. Si i. e. an.

audivit, quia h. parati sunt) Pro: hostes paratos esse. Entrop. V. 3: *responsum est, si id faceret, quod et ipse bellum pateretur*, pro: et ipsum bellum passurum esse. Guido: *quae pro certo creditur, quod fuerit insula. Idem: certum est, quod angelus apparuit.* et alia. Latinitati ecclesiasticae proprium est, *quod et quia uti loco accus. c. infin.* Cf. ad c. 29. Guido ponit etiam *quod pro ut* in his: *tanta pinguetudine tumefactus, quod vix se ipsum ducere poterat.* Modo non absimili post *verum est loco accus. c. infin.* ponit ut *Nepos Hannib. init. ubi v. Bremi.*

magno animo) i. e. magno studio, studiose. Cap. 35: *magno animo in hostes impressionem facit*, i. e. animose, fortiter; ubi C. *virili animo*, ut c. 12. dicitur *virili mente*, et 21. *viriliter*. Cap. 38: *Priamus magno animo surgit* i. e. irritatus, iratus. Attendas quaeso ad haec; *animus* enim tribus hisce locis eadem in formula de diverso ubique animi adfectu dicitur.

victuros) Ita scripsi ex C. In cett. *victores*, sc. fore. — Iscan. IV. 248: *Vincitis ultores Danaï, grave Marte bilustri Haeret opus, decimum sequitur victoria bellum.*

divinus) qui vim habet divinandi et futura praedicere callet. Cic. de Fato c. 8: *Falli sperat Chaldaeos ceterosque divinos.*

dona propter Phryges cet.) Hic est verborum ordo in Sg. et C. In ceteris libris legitur: *et pro Phrygibus a s. p. m. dona Ap. port.* Etiam C. *pro Phrygibus*. Sed quid hoc est? Calchantem fuisse Phrygem, non dicit Dares, licet hoc credat Daceria; dicit autem, eum a populo suo, quicumque fuit, missum ad Apollinem esse cum donis pro Phrygibus. De patria Calchantis, ut de ea re hic memorem, inter veteres non constat: Mycenis eum Troiam venisse, scribit Hyginus; ex Acarnania, Dictys; in Euboea natum, Abantis progeniem, Porphyrius apud Eustathium. Verba autem *pro Phrygibus* non possunt ea significare aliud, nisi: propter Phryges. Exempla, in quibus *pro* audit propter, habet Forcell. Lex. At vero Sg. praebet φ *frixis*. *frixis* est *Phryges* (vix enim aliud nomen latere existimem); itaque φ , quod in MSS. solet esse *pro*, etiam *per*, hoc loco nihil potest esse nisi *propter*. Eadem corruptio c. 40.

simul cons. de regno reb. suis) Debentur haec Sg. et C. Perperam ea in ceteris libris ommissa esse, liquet ex Iscan. IV. 254: *Hic patriae et propriis scitatum oracula regnis Venerat. Simul i. e. una cum Achille, eodem tempore quo Achilles.*

ne inde disc. prius) Sg. et C. *ne vel inde prius disc.* et sic editum volui. *Vel* eleganter ponitur pro etiam; cuius generis exempla habet Forcell. Lex. — De oraculo cf. Iscan. IV. 256 sqq.

secum recipiunt) i. e. ad se recipiunt, excipiunt. Insolens formula est, aequae ac Dictyis: *secum aliquem adhibere, secum aliquem adiungere*. v. Praefat ad Dict. p. XLV.

ut revertantur et primum in Aul. pr.) Ita scribendum est. Audiamus Iscanum IV:

- 289 Haud mora, corripiunt classes — —
 293 — — — laxantque carinas:
 Cum subito egressos inopino turbine turbat
 Nimborum pincerna Notus, noxque imbribus haustis
 Ebria tela, viros, puppes, humentibus umbris
 Involvit, cogitque ipsos dubitare magistros.
 301 Primus ut a prora surgentes conspicit imbres
 Thestorides, frustra que duces contendere, divos
 Praesago iubet ore sequi, nolentibus austris
 Cedere, et armatos ordiri ex Au'ide cursus.
 305 Parent Aeolios nuntus vatemque secuti
 Graugenaë, et flexis repetentes Aulida velis
 Montivagae Phoebe pacem implorantibus aris
 Conciliant, largoque exorant thure meatum.

Vides, Daretis interpretem toto hoc loco magnae negligentiae se fecisse obnoxium. Lectio debetur Sg. et C; addidi tamen *primum*, et in C. *hinc delevi ante revertantur*. Ante edebatur: *respondit, ut primum in Aul. revertantur, ut Dian. s.*

Dianam placat) Verbum *placat* indicio esse videtur, Daretem in praecedentibus enarrasse cervae caedem, Dianae iram, Iphigeniae immolationem: quae fuse perscribuntur ab Henric. 33 fol. 56 sqq.

ad Troiam fuerat) M. D. et O. *ierat*. Argonautas naves ad Troianum litus appulisse, Dares significat. De praepos. *ad* v. ad c. 41.

ad opp. quod sub imp. Pr.) Quod fuerit oppidum, difficile dictum. Etiam Iscanus, iter accuratius, nec tamen accurate, demonstrans, illud haud nominat; dicit tantum v. 337: *Littoreas populantur opes, et proxima ponto Moenia Dardani titulo male tuta tyranni*. — Notum ex Cypriis est, Graecos primum ad Teuthraniam classem applicasse.

omnes occidunt) et castellum, cui Saranaba nomen, expugnant. Henric. 91 fol. 170. De strage incolarum v. Iscan. IV. 343 sqq.

C A P. XVI.

Moensiam) Hic et ubique (c. 19. 21. 26) constanter Sg. *Moensia*, non *Mysia*, ut est in ceteris libris. Diximus de hac forma ad Dict. II. 1 Obs.

ferunt eo tempore) *Eo tempore restitui* ex Sg. et C. Sequitur in Sg. *vezantem cum eq. pot. et f. ferunt ab H. int. C. vezatum*. Retinui nunc quidem lectionem vulgatam, quam tamen minime veram iudico; *venantem* autem, quod rem turbat, uncis inclusi. Apud Iscan. IV. 406. Telephus ad Achillem: *scis ipse tumultus Et Diomedei furias gregis: atra nefandi Septa ducis, longis hominum satiata ruinis, Herculea cecidere manu. Septa* i. e. praesepia. Equis ἀνθρωποφάγοις a praesepibus ad maris litus abactis, ipsum etiam Diomedem, cui

Bistones frustra auxilium ferebant, Hercules obtruncavit. Apollod. II. 5, 8.

reddidisse) Pro tradidisse, ut est in C. Huc pertinet integra adnotatio Bremii ad Nep. Hamilc. 1, 5. Cf. ad c. 42. Infra: *regnum suum tradidit*. Iscan. 486: *tibi regna damus*, ait Telepho Teuthras.

eius fil. T. ei sup. V.) Eius i. e. Hercules; ei i. e. Teuthranti.

Daceria. Mox post *regnum suum* Sg. et C. addunt et *Moesiam*.

plus multo) ut Cicero: *ante multo, ante paulo*. Horat. Od. III. 20, 3. *post paulo*. ubi v. Bentleius.

comm. et frum., quot annis) M. D. et O. *commeatu tot annis quibus mor*. Sed Sg. *si commeato frumento quot annis de eo regno eos adiuvet*. C. *si commeatus frumento quotannis ex eo regno advehat, quam si ad Troiam dimicaturus accedat*. Unde effeci, quod editum vides. *Commeatus et frumentum* coniungitur apud Caesarem. v. Oudendorp. ad B. G. III. 7. ubi pari modo plerisque in libris *commeatus* excidit. Ipse Dar. 26: *ut commeatus compararent et frumentum — supportarent.*

cum magno praedae comm.) M. D. et O. cum magna praeda. Atqui Sg. *cum magno praedae commercio cum exercitu ad T. rev*. C. *cum magno praedae commercio ad ex T. rev*. Dices *commercio deberi librario codicis* Sg., ob sonum videlicet sequentium *cum exercitu*. Atamen duorum librorum consensum sequi placuit. Significatur, opinor, magna copia et quasi commeatus alimentorum praedatione captorum; *ein grosser Vorrath, ein Markt von Beute*. Cf. Front. Strat. 2, 5: *Certior factus, hostem inopem commercio laborare, i. e. cibis, alimentis*.

CAP. XVII.

pacifice) Serior latinitas. Boni dicunt *cum pace*.

Res consulto geritur) Ita in C. est. Sg. *consultum*. Cett. *consultu*. Cap. 19. libri omnes *consulto Ag. praeficiunt*. c. 23 fin. O. *Priamus consulto facit*, cett. *consulte*. *Consultu* (i. q. consilio) in MSS. etiam aliorum scriptorum invenitur; sed ex al. MSS. editores fere praetulerunt *consulto*. *Consulto* autem ablativus participii absolutus est, ut *cognito, audito*, et alia permulta, explicandus: postquam consultum est, consilio habito. Eiusdem significationis est c. 31. 33. 42. *ex consilii sententia*. et c. 36. *ex consilio*.

CAP. XVIII.

Priamo adv. d. Gr.) Sic scripsi ex Sg. lectione *Pr. adversum duces hi.* et C. *Priami adversus duces Gracorum hi.* In cett. *Priamo duces hi.* — *Adesse ad auxilium, barbarum est.*

insinuandas) i. e. indicandas. v. ad Dict. Praef. p. XLIX.

de Zelia Pand. cet.) De Pandaro recte tradit. v. Hom. II. II.

824. Dict. II. 35. Sed Amphion (vel potius Amphius) et Adrastus non erant de Zelia; fuisse eos ex *Adrestia* recte infra idem ipse Dares scribit. v. Hom. II. II. 828. Dict. I. c. Quare uncis nomina incluseris. Quid autem, quod Iscan. IV. 5: *Primus opes Phrygibus Celia tradente sequaces Commodat Amphion, socium cui Pandarus arcum, Consortem Adrastus gladium rapit.*

de Col. Mopsus) C. De Col. a suis Caris Amphimachus, Mnesteus. et Iscan. IV. 8: *hospes iturum Instruit Amphimachum Colophonia, silens Mopsus.* Quod considerandum. Nam Dict. I. 17. Mopsus Graecis adest. Verum Iscanus in his nominibus negligentissimus est, alia quoque turbans ac miscens.

Hippothous et Copesus) C. Hipotogus et Cupesus. Henric. 42 fol. 76. nominat Cuppesum, Iscan. IV. 12. Capesum. Nihil igitur mutandum videtur. Correxerim tamen Hipp. et Pylaeus: utrumque enim Homeri II. II. 842. exemplo coniungit ipse Dares c. 21: quos Iscan. V. 351. corrumpit in *Silium Hippolytumque.* Praeterea infra pro Pirus et Acamus in Sg. introducitur *phylemus et calcamus*; quod *phylemus* nomen pro Pylaeus hinc fortasse illuc transiit. Similes in hoc cod. deprehendimus saltus. Nimirum pro de Ciconia Euphemus Sg. itemque C. exhibent de Ciconia Remus. Deinde post Sarpedonem et Glaucum Sg. inculcat de *eliconia eufemus*; et infra post Ascanium et Phorcyn C. inserit de *Fliconia Eufemus*. Qua utraque lectione unus idemque vir huiusque terra significatur. Qui denique in C. hoc loco est Hipotogus, ad finem Daretis in Troianorum ducum suffixa enumeratione appellatur Hippotus, eique adiungitur Plebeus i. e. Pylaeus. Varie igitur Pylaei nomen corruptum est. Ut etiam de Euphemo ex Ciconia dicam: huius nomen in C. ad finem Daretis audit Euphenius, apud Iscan. V. 352. Eufenius; atque quemadmodum in Sg. et C. modo in Remus modo in Eufemus pessumdatur, ita apud Iscan. IV. 12. unum idemque nomen Euphemus inter duos dividitur viros Remus et Ephemus; Iscanus enim: sequitur Zisonia Remum Ephemus et Capesus.

de Peonia Pyr. Aster.) Sg. De peonia ptemesus, Teropeus. C. De Peonia Paractemosus, Teropeus. De Pyraechme v. ad Dict. I. 17, de Asteropaeo v. ad Dict. IV. 7. Latet Asteropaeus etiam in nomine Asterius, quod legitur c. 21. Iscan. V. 353. et ad fin. Daretis in C. — Pergitur in Sg. De frigia Ascanius, Xatippus et Merceres. De boetia, sanias, asimaus et phortus. De boetino Epistropilis et boetius. De Paphlag. C. De Phrygia Ascanius, Xandippus, Portius. De Fliconia Eufemus. De Boëcia, Sanias, Asimaus et Foricus. De Buctino Epistropilis et Boccius. De Paphlag. In quibus ordo nominum admodum confunditur. Xatippus (Xandippus) et Merceres in C. ad finem Daretis nominantur Xantippus et Mnesteus, et Dar. 22. Xanthippus et Mesthles, ubi C. Xandippus et Mestes. Habetur Xantippus etiam Iscan. V. 353. Corruptum autem nomen est ex Antiphus. Nomina de boetia, de boetino depravata sunt ex de Maeonia, de Moesia;

quam corruptionem adiuverit etiam superius similiter sonans de *Paeonia*. In corruptelis *Portius*, *Foricus*, *phortus* repetitur nomen *Phorcys*. Apud Iscan. IV. 11: *Phorcus Paeonides*. In *Sanias* latet *Asius* (ex Moesia, de quo ad Dict. II. 35). In *Asimaus* prima syllaba *as* debetur syllabae ultimae praecedentis *Sanias*; ut in *imaus* latere videatur *Ennomus*; cui ex cetera farragine adiiici possit *Chromis* sive *Chromius*. v. ad Dict. I. c. Uterque alio quidem Daretis loco haud occurrit; attamen *Cromius* exhibetur Iscan. VI. 236. Nemo me nimiae audaciae increpabit, opinor, quod ex eadem farragine ad *Epistrophum* bene mihi videor extricasse *Oidium*, de quo v. ad Dict. I. c. Si quis in eruendis nominibus felicior est, amplius cogitet: memet periculum facere taedet. In M. D. et O. totus locus sic exstat: *Antiphus et Mesthles de Maeonia. Ascanius et Phorcys de Ascania. De Paphlag.*

Perses et Memnon) Nominatur *Perses* Iscan. VI. 57. *Perses*, *Admestae* filius, exhibetur etiam infra c. 26. ubi tamen nomen corruptum esse debet, quia Graecorum, non Troianorum dux desideratur. *Memnon* Iscan. IV. 10. *Maurus* vocatur; poetice pro Aethiops. *Persarum* dux perhibetur infra c. 33. et Iscan. VI. 344. Ut brevi dicam: Quemadmodum *Dictys* *Memnoni* praefectum adiunxit *Phalam* seu *Phalantem*, *Malalas* et *Tzetzes* *Polydamantem* et *Phoenicem*, *Quintus Thalium*, *Mentem* et *Pyrrhasidem*, ita *Dares Persen*, intelligens *Persarum* ducem. De quibus ducibus disputavimus ad Dict. IV. 4.

Archilochus) et *Acamas*, *Antenor* filii, *Aeneae* adiunguntur Hom. II. II. 823.

Exhibitis nonnullis ducibus, *Iscanus*, omnes enumerare nolens, IV. 15. pergit: *Dat Ganges Arabem, Syrium largitur Orontes, Dat Scythicos Tanais*. Erunt, qui ducum populorumque recensione *Henrici* (c. 34 fol. 59) delectentur: quare hic sequatur delectus. *Der Sultan von Babylon brachte 1000 Mann. Samyledech von Raldet 1100. Wirsilion von Medon 1300 Ritter, und 500 Seiander. Florimander König von Aegypten 700 Mann. Amuralt von Tarfan 900. Panfilias König von Persien 1100. Der König Pandalus 900 Fussgänger und 1000 Ritter. Wargalin von Arabien 500 Ritter. Archunehat ein Markgraf 500 Ritter. Pelagry König von Maroch 1200 Mann. Aureliant König von Herusalem 1000 Ritter. Olifron König von Morenland 1000 Moren. Clarinus Graf von Bore 8000 Schützen u. s. w. Epistropulus, König in den Inseln, die nahe bei den Inseln sind, wo die Frauen sind, die Amosones heissen, der kam mit einem fremden Volke, die waren oben Mann und unten Thier oder Vieh, und konnte niemand ihre Sprache verstehen.*

qui parabantur) Sg. qui pararent. C. qui cuncta paranda pararent. Fuitne qui paruerunt? an potius qui cuncta paranda pararet, sc. *Hector*, omnium ducum princeps?

principes et ductores, Hectorem, Deiphob.) Sg. et C. principem et ductorem Hectorem; deinde Deiph. Recte. Henric. c. 34 fol. 60. Sie wurden in 5 Theil getheilt: Defebus nahm ein Theil, Troilus den zweiten, Paris den dritten, Polidemas den vierten, Enas den fünften. Aller Hauptmann war Hektor. Idem c. 42 fol. 76. Hektor war aller Hauptmann, und theilte sein Volk in 10 Scharen. Die erste befehligte sein Bruder Troilus, dem noch halfen Misereis und Anrippus und Alchamis; die zweite der Ritter Magariton, sein Keksbruder, dem halfen Hipolt und Cuppesus; die dritte Polidamas, dem halfen der König von Colonia und Panfilius und Amantris; die vierte Defebus, dem halfen Themarus und Estresus; die fünfte Putageras, sein Keksbruder, dem halfen Esdras und Filion mit köstlich geschmückten Wagen; die sechste Enas, dem half Curdes; die siebente Paris, dem half Perseus; die achte Athenor, dem halfen Panfimeus und Agremantz und Domarkis; die neunte Priamus, sein Vater, welche die Thore bewahrte; die zehnte Hektor selbst. Priamus hatte 30 uneheliche Kinder; deren nahm Hektor 10 in seine Schar: Cassilian, Odron, Rinolarom, Ancomus, Edomus, Bolut, Rodomalus, Bolacalus, Finfiles, Quintilinus. Pergit Henric. c. 43 fol. 78. Agamemnon theilte sein Volk in 15 Rotten: die erste befehligte Patroklos und Achilles, die zweite Merion und Menestus, die dritte Afolaphus und Alim, des Königs Sohn von Cume, die vierte Prothenor und Archolaus, die fünfte Mennelaus, die sechste Epistros und Stelophis u. s. w. Als diese geordnet, mahnte Agamemnon sein Volk, mit Ernst und Fleiss zu streiten.

Cormo) Cormi, quod sciam, nemo meminit. Daceria. De Palamedis navibus cf. ad Dict. I. 17 p. 395.

quo advenere) scripsi ex Sg. Vulgo quum. Quo i. e. Athenas. Iscan. V. 14: seque obice morbi Tentum, quam primum licuit, venisse fatetur.

C A P. XIX.

exeundum - foret) M. et D. exeundi - fieret. ad quem genit. Daceria intelligit consilium. C. exeundi - faterent. A. Sg. haec absunt. Secutus sum O.

exeundum ad Troiam) i. e. de navibus ad Troianum litus egrediendum. Infra: luce ad Troiam excensionem fieri oportere. Plenam formulam habuimus c. 2: exierunt de navi ad terram. ubi Sg. in terram. cf. cap. nostro: in terram excensionem facit; in terram educit. Latinitas non est vituperanda. Nam exire de navi vel ex navi legimus Cic. Attic. II. 7. Nep. Them. 8; exire in terram, egredi de navibus in terram Cic. Verr. II. 6, 51. Dares autem promiscue dicit in terram et ad terram, more suo, de quo cf. ad c. 9 et 3.

excensionem) Sg. et C. excensionem. Infra in iisdem pro excensionem est excursionem.

manum h. diduci) Libri *deduci*; quod bifariam explicare Daceria laborat. Frustra. Legendum enim *diduci*. Sallust. lug. 25: *ducta manu hostium*. ubi v. Cortius. Adde Oudendorp. ad Caes. B. C. II. 6. — Mox Sg. M. et D. *ceterisque locis*.

Thesidas, Demoph. cet.) Sg. *hesidā commorante, et annum vertentes*. C. *Hesiodum, Demorantem et Anium*. Quid hic sibi vult *Anius*? Dares c. 26: *Palamedes Agamemnonem legatum mittit ad Thesidas, Demophoontem et Acamantem, quos legatos Agamemnon praefecerat, ut commeatus compararent et frumentum de Moesia a Telepho acceptum supportarent*. Unde videtur scribendum *Thesidas Demophoontem et Acamantem, deletis et Anium*; quum *Anium* ignoret etiam *Iscanus*, VI. 65 canens: *Interea Moesas properat laturus aristas Demophoon, Garamas, et te Thesida (!) volentem Tertia cura vocat*. Verum non ad *Moesiam solum*, sed *ceteros quoque locos legatos missos esse, Dares refert*. Nonne *Lesbos intelligenda?* ubi *Anius* et eius filiae *frumenta, vinum aliaque cibi necessaria Graecis praebuere, ut scribit Dictys I. 23; scribendumque et ad Anium? vel et alios ad Anium?*

in latitudine) i. e. dilatata et extensa fronte. Eadem latinitate *Caes. B. G. VII. 46: a medio fere colle in longitudine murum praeduxerant*.

proturbat) M. D. et O. *perturbavit*.

redegitque in Troiam) ut *Liv. XXI. 9: furum fugatumque (hostem) in castra redigunt*.

Proelium — iracundum) Vix alius scriptor hoc dicendi genere usus est. — *in primis*) i. e. inter primos pugnando. Cf. c. 29. *procedit in primis Troilus*. Bene. v. ad *Dict. II. 3*.

quum congredereetur) M. D. et O. *dum*. Recte, ni fallor, se habet *dum* sequente coniunctivo hic et c. 33. ubi plurimi libri *dum fugaretur* vel *fugarentur*. Nam sic passim coniungunt scriptores recentiores, et plenus exemplorum est *Guido*. — *Quo pacto*) i. e. quare.

ignem removeri) Sed nondum illatum navibus ignem audivimus? En negligentiam interpretis latini! Omisit in praecedentibus, quae, *Patrocle et Merione interfectis, canit Iscan. V. 267: postitque (Hector) faces, atque — igne rates populante premit*. narratque *Henric. fol. 84: Hektor trieb die Griechen zu den Schiffen und wollte die Schiffe verbrannen u. s. w.*

remuneraverunt) M. D. et O. *muneraverunt*. — *Iscan. V. 273: illi arma facesque Sponte relicturi, galeas ad mutua laxant Oscula, mutatisque petunt tentoria parmis*. *Henric. c. 46 fol. 85: Sie thaten die Helme ab und umarmten und küssten sich. Hektor gab dem Ajax ein gutes Schwert, Ajax dem Hektor einen kostbaren Gürtel von Gold und Gestein. Und es wurde Friede gemacht, sonst wären die Griechen alle verbrannt.*

CAP. XX.

indoctum) i. e. rudem rei militaris.

ostendit studia) *Ostendere* est exponere. v. Herzog. ad Caes. B. G. I. 21. Infra c. 25: *Palamedes procedit, suum ingenium ostendit.* ubi ostentationis, iactationis vis verbo inesse videtur. v. Ruhken. ad Rutil. Lup. p. 218. ed. Fr. *Studia* i. e. res studiose et prudenter curatas.

vigiliarum circuit. cet.) Plin. VII. 56, 57: *Ordinem exercitus, signi dationem, tesseras, vigiliam Palamedes invenit.*

maxime quum) Sg. praesertim cum. C. *quum praesertim.*

Boetem) Iscan. V. 306: *Hector continuo treis fundit Marte, Boëten saxi, Archiloum gladio, Prothenora telo.* Idem nomen in C. ad fin. Daretis exstat. Videtur *Boetes* idem esse atque *Polypoetes*, cuius mentio fit c. 14. et Dict. I. 17. III. 19. Vocatur *Polybetes*, ab *Hectore* occisus, Iscan. V. 475.

CAP. XXI.

Omnes duces Argivorum) Ita C. In Sg. om. *duces.* Vulg. *Omnes Achivi.*

Orco dimittuntur) Ita M. D. et O. In C. est *mittuntur Orco.* Lege *demittuntur.* Sic Virgil. Aen. II. 398: *multos Danaum demittimus Orco.* Ovid. Met. III. 695: *corpora Stygiae demittere nocti.* Homerus: *ψυχὰς Ἄϊδι προΐαψεν.* Sed Sg. *morte divinuntur.* An *morti demittuntur?* Virgil. Aen. II. 85: *quem (Palamedem) — demisere neci.* V. 691: *Vel tu — infesto fulmine morti — demitte, tuaque hic obrue dextra.*

Alexandrum persequi) paucisque profatus, addit Iscan. V. 317:

Increpat: Agnoscisne hospes? Reminiscere tandem

Spartanos coluisse Lares. Ad mutua veni

Hospitia: heus age redde vices. Duc Pergama tecum,

Si qua domi rapienda tibi. Quonam usque moraris?

Iunge manus. cet.

transfigit) atque addit: *I nunc, accedo petitis: Sic Helenam visure, veni.* Iscan 323.

Contra Hector et Aeneas) Cap. 22 et 31: *Contra Troiani.* 28: *Deiphobus contra.* 29: *Contra Agamemnon.* Insolens ellipsis, quam pro loco facile tibi ipse explebis. Plene loquitur c. 26: *Contra idem facit Deiphobus.* 19: *Agam. contra clamore magno occurrit.* 20: *Contra Hector-occurrunt.* Idem c. 23 et 28. Haec quoque formula aliquid insolens continet; nam, *quum occurrere ipsum sit adversum progredi, contra superfluum est.* Minus insolenter c. 36: *contra educere.* 37: *contra stare.* ut loquitur ipse Liv. I. 23: *Exeunt contra et Albani.*

Orcomeneum, Palamenem, Ep. Sch. Elpenorem, Dorium, Pol.) C. Orcom. Oramenem, Palamonem-Delpenorem. Iscan. V. 343: Labitur Horcomenes iaculo, sude Schedius, ense Helpenor, Dorius conto, Polyxenos arcu, His addens saxo-Palamenem, Opistriphon axe Protritum, septem mortes manus explicat una. In C. ad fin. Daretis nominantur ab Hectore occisi: Deipenor, Dorius, Polixenus, Epistrophus, Schedius, Maimentus, Palamon. Palamenes seu Palamon est Ialmenus, de quo c. 14; atque ex huius patria (Orchomenus) factum novum nomen Orcomeneus seu Horcomenes. Dorius est Dioces, de quo c. 14. Elpenor est Elephenor, de quo Dict. I. 17. Quo pacto scripsi locum, ut excudendum curavi. Iscano parum fidei est, qui et ipse corruptum MS. habuerit. — In seqq. C. Euphennium, Hippotem, Asterium. Iscan. 351: Silsum, Hyppolytum, Eufenium, Asterium. v. ad c. 18. ubi etiam de Antipho et Mesthle.

pugnam revocavit) Nova phrasis, pro: suos a pugna revocavit; ut loquitur Virgil. Georg. IV. 88: ubi ductores acie (i. e. ab acie) revocaveris. Formula revocare a pugna utitur Dar. 24, sed novo pariter sensu: retinere a pugna, prohibere aliquem, quominus in pugnam eat.

in oppidum) Sg. et C. in castra. Mox pro viriliter Sg. et C. fortiter.

C A P. XXII.

Contra Troiani) C. addit: duce Hectore aciem direxerunt. Certe praeter alios Liv. XXXI. 27: aciem dirigere. Sed cf. ad c. 21.

octuaginta) Sg. octog. Retinui formam octuaginta, licet improbant grammatici. v. Forcellin. Lex. Guido persaepe et ubique scribit, nec aliter plures libri exhibent in Nepotis Cat. 2, 4; quod considerandum. Ex scriptoribus posterioribus, si MSS. adstipulantur, ego formam non eiecerim. — Henric. c. 53 fol. 95: Im sechsten Streit, der 80 Tage dauerte, wurde viel Volk erschlagen. Henricus sc. bellum in singula certamina distinguit, quorum usque ad Troiae proditionem viginti quatuor enumerat,

multa millia) Iscan. V. 381: centena millia; ingentem hominum stragem multis versibus depingens.

nec sufficere mort.) i. e. nec vires sufficere, ut mortuos sepeliat; vel simpliciter: nec posse funerari mortuos. Verbo posse eadem in re utitur infra: ut suos funerare posset. c. 23: ut funerare mortuos possit. 32: ut suos funerare possit. Cf. Virgil. Aen. V. 21: Nec nos obniti contra nec tendere tantum sufficimus. — Pro posset Sg. possent; et in seqq. reficerent-repararent-pararent. C. funerarent-curarent-reficerent-compararent-conveherent.

exercitum reparare) Liv. XXX. 7: reparandum exercitum.

legati ad Priamum vadunt) Ad Priamum addidi ex Sg. et C. Cf.

Iscan. V. 386: *Iamque ibat Ulysses, Tydide sociante gradus, Priamoque ferebat Vota ducum vulgigue preces.*

quid ita armati cet.) Iscan 391. Dolon: *quo properabitis? inquit. State viri, contra: pacemne huc fertis an arma?*

et inducias ad triennium peteret) Sg. in trien. Recte. Supra: *inducias in triennium peterent.* Infra: *ind. in triennium dari.* Nec te moveat, quod utroque loco C. *ad trien.*; nam in adhibet Dares etiam c. 29. 31. 32. 33. Triplici autem modo Dares loquitur. De accus. cum in modo accepimus. Tum c. 23: *ut inducias triginta dierum postulent.* 25: *inducias duorum mensium postulari.* et: *duorum mensium inducias accipiant.* Haec quoque optima loquendi ratio est. Denique c. 23: *ut inducias peterent mensibus sex.* 31: *negat dari tam longo tempore inducias.* Tertia haec ratio mala est; quam secutus est etiam Eutrop. III. 12: *quadraginta et quinque diebus induciae datae sunt.*

funerant) Ita Sg, non *funerat.* C. *sepeliunt.* — Addit Henricus c. 53 fol. 95 sq. quae nec in Darete nec Iscano leguntur, haec: *Inzwischen gingen die Griechen in die Stadt Troja und die Troer in das Gezelt der Griechen. Achilles lud den Hektor in sein Zelt und freute sich, das sie ohne Waffen sich sähen und sprächen. Hektor bot dem Achilles einen Kampf an und sagte: „Gewinn ich, so müsst ihr das Land räumen; gewinnst du, so räumen wir das Land, und das Königreich ist den Griechen.“ Das gefiel Achilles. Aber Agamemnon wollte nicht. Hektor ging wieder in den Streit.*

C A P. XXIII.

Merionem) et mille equites, qui Achilli auxilio fuerunt. Henric. c. 54 fol. 97. Iscanus Merionem omittit. Recte, inquires; occisum enim audivimus iam c. 19. Atqui apud Henricum quoque (cf. c. 46 fol. 83) bis Meriones ab Hectore occiditur; ut Philenor Priamides bis cadit Dict. III. 7 et IV. 7.

ex cet. plebe) Plebs de militibus gregariis hic dicitur, ut *vulgus* Nep. Alcib. 8, 1. ubi v. Brem.

diebus triginta) et Priamus sex filios adulterinos amisit, Hector vulneratus est: Henricus adiicit.

ex consilii sententia) Sg. *ex consilio.* Forsan recte. v. ad c. 36. *plures vuln.)* Ita Sg. et C, non *plurimi.* Sequens *plurimi* est: quorum vulneratorum plurima pars.

in curatione moriuntur) Liv. II. 20: *Quum victor - inter primam curationem exspiraverit.* C. *in ipsa curat.*

ut - postulent) Sg. et C. *et - postulant.* cf. ad c. 5.

C A P. XXIV.

vidit, ne) sc. cavendum esse, id curandum esse, ne. — *visum referret)* i. e. narraret id, quod per quietem viderat.

muliebria verba abicit) Hector iratus somnium ludibrio habuit, ait Henricus. Iscan. V, 444: *muliebribus ille Nil monitis motus, timidi praesagia sexus Spernit, et impatiens bellantibus acer abesse, Pospicit equos. Abiicere autem notione negligendi, contemnendi, optimis scriptoribus usitatum est, saepe coniungentibus negligere et abiicere, contemnere et abiicere, pariter atque despiciere et contemnere.*

ut illi prohibeat, ne) Prohibere notione vetandi, intercedendi, latinum est. Sed nemo huic verbo adiunxit casum tertium. Latinum fuisset: ut illum ea die a pugna prohiberet. In seqq. Dares bis in hunc sensum utitur verbis *retinere* et *revocare*, sc. a pugna. Daretis formula congrua est cum nostro loquendi more: *dass er ihm vorhalten sollte, an diesem Tage ja nicht in den Kampf zu gehen.* Atque in eam rationem haud inepte huc trahi Plautum existimo, qui Curcul. V. 2, 7. utitur formulam *parentes alicui prohibere*, i. e. impedire, quominus aliquis parentes suos noverit; nos quasi: *einem seine Eltern vorenthalten.* De dativo convenit, sed ipsum verbum utroque loco mirum quantum differt; apud Plautum enim legitimum etymon est: procul habere, remove et occultare; apud nostrum contra: proponere et ante oculos ponere. Quae sibi opposita esse vides. — C. *illum*. Iscan. 444: *armatum prohibere parat.*

filiū protendens ante pedes) ut Dict. III. 22: *Andromacha parvulos Hectoris filios ante Achillem prosternit.* Infra Dares: *proiecto ad genua filio.* Iscan. 449: *Astyanacta calcandum in limine patri obiicit.* eum *revocare*) Possis intelligere: a consilio; sed malim: a pugna; quod intelligendum etiam infra: *Hectorem velle in pugnam prodire, nec posse — revocari.*

quid - viderit) Sg. *quod - viderat.* C. *ea quae - viderat.* — *duces Troianorum*) C. *ex Troianorum numero.* Sg. *de Troi. num.*

tumultum) Sg. *ululatum in b., et saepe Tr. lab.* Certe Iscan. 458: *Iam Pergama iuxta Effugiunt Phryges, exclamant matresque senesque — et miseris quatiunt ululatus urbem.*

prosilii in pugnam) Cap. 33: *prosilii in bellum.* Ut Iustin. XXIV. 8: *Certatim in proelium prosiliunt.* Iscan. V. 402: *In discrimina campi Prosiliunt hinc inde duces.* 243: *Prosilit in medios.* 206: *Prosilit Aeacides.* 130: *Exsiliunt pariter Phrygii.*

Eioneum - Iphinoum) Pro *Eioneum* Sg. et C. *Idomeneum.* et pro *Iphinoum* C. *Hiphilum.* Neque *Eioneus*, Rhesi pater (v. Dict. II. 45), neque etiam *Ilioueus Priamides* (v. Dict. IV, 7) locum hic capere possunt; uterque enim a parte Priami. Graecum *Eioneum* ignorant veteres. Iscan. 472. ita: *Hydomenea petit, cui strage Leontius aequa Concidit: at Stenelus fugiens, atque Hyfidus instans, Spiranti certam referunt in vulnere mortem.* An *Idomeneum*? Troiam eum venisse scripsit Dares c. 14, sed nusquam pugnantem introduxit, neque etiam reducem in patriam. Eum ad Troiam bello necatum esse, veterum refert, quod sciam, nemo. Sed quid obstat, quominus Daretē, qui

tam multa reformavit, etiam hic loci corruptorem egisse credamus? *Iphinoum intactum reliqui*; quod enim Hom. II. VII. 14. a Glauco, non Hectore, interficitur, dubitationem movere nequit.

femur iaculo figit) 35: *latus nudum figit*. ut Virgil. Aen. X. 382: *hunc-intorto figit telo*. Poetam maxime sic loqui decet, licet etiam Auct. B. Al. 30: *diversis enim telis nostri figebantur*.

Acre proelium colliditur) Dicit Horatius Epist. I. 2, 7: *Graecia Barbariae lento collisa duello*, i. e. Graeci cum Troianis longo bello commixti, conflictati. Atque Silius VII. 566: *procursum viros colliserat acer*. Iscanus V. 299: *coniectis undique signis Collidit Bellona viros*. Talibus affine est Daretis *proelium colliditur*, fortiter dictum pro committitur.

clamor - surgit) i. q. oritur, tollitur. Cf. Tacit. Hist. II. 42: *rumor surgit*. Valer. Flacc. II. 82: *insurgunt fremitus*.

femur sauciat) Henricus: *Hektor versetzte dem Achilles einen so starken Schlag, dass er vom Streit schied und seine Wunde verband: dann kehrte er wieder zum Streit. Da nahm Hektor einen König der Griechen gefangen; und um ihn aus dem Kampf zu bringen, warf er seinen Schild auf seinen Rücken, so dass er auf dem vordern Theil seines Herzens blos war. Da das Achilles sah, nahm er einen starken Speer, dass es Hektor nicht wusste, und stach ihn in den Bauch, dass er vom Ross fiel und todt da lag.*

dolore accepto) Idem c. 36; id est, *vulneris inflicti dolore irritatus*. Bene.

nec destitit, nisi occideret) 35: *nec destitit, nisi prosterneret*. Recte vertes: *und er liess nicht nach, bis er ihn wirklich getödtet hatte*. *Nisi* i. e. nisi si, vel priusquam; et loco imperfecti stare etiam posset *occidisset, prostravisset*. Miram syntaxin! qua contineatur cogitatum simul et factum.

Hectorem lamentantur) Operae pretium est legere versus, quos interemto Hectore facit Iscanus V. 511 sqq.

C A P. XXV.

Troilus) Sg. et C. Memnon. Probat Iscanus VI. 16.

desiderium prosecuti sunt) i. e. cap. 22: *desiderium suum exponere*. 31: *indicat Argivorum desideria*. Nam *prosequi* est prolixa oratione exponere. *Desiderium* i. e. petitionem, voluntatem: de quo cf. Ernest. ad Tacit. Ann. I. 19.

ante portam) Henricus c. 57: *Frauen und Männer beklagten den Hektor, Arme und Reiche, Junge und Alte, Heimische und Fremde. Die Fürsten und das Volk trugen den Todten weinend, schreiend, mit zerschlitzen Kleidern, blosem Haupt, in des Priamus Saal. Man kann es nicht beschreiben, wie sie klagten; und das währte manchen Tag. Da ging man zu Rath, wie man Hektors Leib frisch erhalten könnte*

und machen, dass es schiene, als ob er lebendig wäre. Man sandte nach allen Meistern, und diese riethen. Die Meister machten in Apollos Tempel (der stand nahe bei den Stadthoren, genannt Thymbräa) neben dem Altar ein Gehäuse und einen Kasten; und machten ein goldenes Bild, geformt nach Hektor, stellten ihn hinein, gaben ihm ein Schwert in die Hand, und kehrten ihn nach den Griechen zu, als ob er ihnen drohen wollte; und er war so gekleidet, als ob er lebte in dem Gehäuse des Gewölbes auf einem Stuhl, dass ihn wohl jeder schauen konnte; und machten Löcher oben in sein Haupt und in andere Glieder seines Leibes, und schütteten Balsam und andern kostbaren Saft hinein; damit erhielten sie sein Haupt, sein Haar und seine Gestalt, als ob er lebte. Und machten vier kristallene Staffeln, darauf man in das Gewölbe ging, und beschloss das Gehäuse mit Thüren, die waren von Ebenus gemacht, ein Holz, das nicht fault. Das Gezierde war so schön, dass es Nachts den Tempel erleuchtete, als ob es Tag wäre. — Cui haec legenti non venit in mentem funus celebratissimi herois hispaniensis, qui vulgo vocatur Cid? Vide Herders Werke. Zur Litt. und Kunst Thl. 5. S. 204 und 208. Stuttg. u. Tüb. 1827. Simillima etiam sunt, quae de Caroli M. ultimis honoribus produntur.

se de hac re lib. facturum) Hoc me non intelligere libenter fateor. Sg. et C. *se de ea re lib. laturum*. quod in ordinem recepi. *De ea re i. e.* quod ad illam rem attinet, scil. ad imperii commutationem. *Laturum* i. e. passurum esse. Singula quum defendi possint, universa sordem trahunt. In eundem sensum dici videntur, quae infra sequuntur: *aequo animo accipere, si cui vellent dare* (imperium). ut in iisdem Sg. et C. exhibetur, salva latinitate. Adieci tamen *se ex M. D. et O. lectione: aeq. a. se recipere, si vellent dare. An si vellent demere?* sc. imperium. *Demere* a librariis concise scribebatur *dēre*, quod facile pro *dare* accipi potuit.

ulciscatur) Scripsi *ulciscantur* ex Sg. Intell. Graeci. — Mox M. D. et O. *Palamedes procedit*.

CAP. XXVI.

male vulneratus) i. e. admodum. Dict. IV. 22: *male desipientem*.

Perses, Admestae f.) Corruptum nomen videtur, et dux graecus restituentus, qui in occisi Tlepolemi locum successit. Perses enim a Troianis stetit (c. 18). Nec tamen quid mutare ausim; nam etiam apud Iscanum Perses cum Sarpedone pugnando occiditur, VI. 55:

Occidit infelix Gobius, nec laetior illo

Triptolemus, suetusque feras incessere telis

Maenalius Cormas: quartus tot funera Perses

Ultus obit.

Daretis hic requiritur iudicium. Verior est Henricus, c. 59 fol. 106 narrans, Persarum regem esse a Graecis obtruncatum, Neptolemum

a Sarpedone. — Tlepolemi nomen varias corruptiones tulit: Iscanus vocat Triptolemmum, Henricus Neptolemmum, et Sg. Neoptolemmum. Tlepolemus Rhodius a Sarpedone cadit etiam Hom. Il. V. 628 sqq. *Gobius* Iscani factum nomen est ex Tlepolemi patria: qua eadem sorte c. 21. *Orcomensium* addi audivimus Ialmeno, qui fuit Orcomeneus. *Cormas Maenalius* videtur esse Agapenor, Arcadiae dux, sordida et rudi poesi obfuscatus. *Maenalius* enim est i. q. Arcas; et *Cormas* corruptum videtur ex *Arcas*.

male multatus) *Male* revocavi ex Sg., ut seq. *de proelio* ex Sg. et C. Significat i. q. supra; *male vulneratus*. Vell. Pat. II. 70, 2: *male multatum cornu*, i. e. magnam cladem perpassum. Phaedr. I. 3, 9; *male multatus graculus*, i. e. *übel suggerichtet*. — De vulnere cf. Hom. Il. V. 660.

a Priamo) i. e. a Priami parte.

Pal. ind. facit — *commeant*) Haec omnia restitui ex Sg. et C, cum a ceteris libris absint. Ad *inducias in annum* respicit c. 28: *annus circumactus est*. Iscan. VI. 70: *Pax arma soporat, Inque annum iurata fides. Utrique cohorti Utraque castra patent: fas civi Graia videre Carbasa, fas hosti Phrygios lustrare penates*. Idem narrat Henric. c. 59 fol. 106, et c. 60 fol. 107. Adde Dict. II. fin. et III. 1 sqq. — *Commeant* sc. Graeci in urbem, Troiani in castra Graecorum.

exercitum exercent) Novum hoc et nusquam mihi repertum exemplum adde noto figurae generi, de quo Zumpt. Gram. Lat. §. 384.

murum-resarciunt) Sg. *sarciunt*. C. *restaurant*, quod honestius dictum.

ceteraque dil. componunt) i. e. et ceteras res necessarias, quibus facto opus erat, diligenter procurant. Notandum est loquendi genus, quo *componi* dicuntur, quae rite et diligenter fiunt. Cf. ad Dict. V. 7 Gloss.

C A P. XXVII.

ceterique) Sg. et alii.

ad sepulcrum) Ad placandos Hectoris manes. Iscan. VI. 75. Henric. c. 60 fol. 107: *Man feierte Hektors Jahrsgedächtniss*.

figit animum) sc. in ea. Ovid. Met. IV. 196: *oculos figit in virgine*. cf. Virgil. Aen. XII. 70. Ipse Cic. Fam. II. 6: *mentem omnem in Milonis consulatu fixi*.

Phrygio servo fid.) An *Phrygio Sergesto, servo fidelissimo?* Iscan. VI. 95: *Instruit his Phryga Sergestum, cui proxima in omne Arcanum regale fides*.

ceterosque) Sg. et C. *ceteros*. O. *ceteros quoque*. Sed *que* est quoque: de quo usu ex Tacito exempla nuper dedit Bach. in Mus. Rhen. T. I. p. 353 sq.

convenit) sc. eam, Hecubam. Saepe noster *convenire aliquem*. cf. 9. 39.

servus rev. iub.) Sg. et C. servum reverti iubet. — Sequens quid egerit debetur Sg. Antea edebatur quod egisset.

pax p. fiat) Iscan. VI. 100: Lex haec: Virgo, si publica cessent Arma, viro patrias nuptum tradetur in oras. Hinc tempus praesens, quo Dares utitur, explicatur; legis enim ritu haec proponuntur.

vulgo queritur) Sg. in vulgus. C. in vulgo. Voci vulgo eandem hic significationem tribueris atque Nep. Alcib. 6, 3. et Caes. B. G. I. 39. ubi cf. Intp. Sed ad Henricum si respicis, accipienda potius videtur pro publice. Ille enim regum advocato concilio, praesentibus principibus Achillem locutum esse ait. Ipsa autem oratio apud Henricum haec est: „Ihr Herren und Fürsten alle, ich habe mich bedacht, und nimmt mich sehr Wunder, dass wir uns alle also sehr bekümmern durch einer Frau willen, Land und Weib verlassen und uns in den Tod geben und wir so manchen frommen Mann haben verloren. Man findet doch manch edel Weib, die Menelao wohl gesieme, und die eine nehme und diese liesse. Haben wir doch Esionam geraubet, die doch würdig ist an Reichthum und an Adel. Dazu bin ich vom Hektor so sehr wund, und fürchte, dass ich nicht mehr genese, und bin noch gar schwach. Dazu haben wir uns wohl genug an ihnen gerochen und haben Hektorem erschlagen, und dünket mich, uns soll wohl genügen und sollen hindane fahren, da sie also eine feste Stadt haben mit so frommen Volk, dass man sie ihnen wohl nicht abgewinnen mag.“ Das gefiel den Griechen nicht, und verstießen die Rede. Da ward Achilles sörnig und gebot seinem Volk, den Griechen nicht zu helfen gegen die Troer.

advocatam esse) Sive explices arcessitam, convocatam, sive invocatam (ut dicitur deos invocare), sive evocatam, excitatam e sedibus, utcumque latine noster scripsit. Sed C. vastatam esse, i. e. Graeciam et Europam, gautibus e sedibus excitatis, desolatam et exinanitam esse hominibus, vastam relictam esse. Etiam hoc latinitati perquam convenit.

tanto tempore) ut simillimo loco c. 30: tanto tempore diffidere. pro quo c. 31: tam longo tempore. Insolenter dictum. — Pro seq. tot pericula Sg. tanta; ut loquitur c. 30.

C A P. XXVIII.

proelium acre insurgit) Virgil. Aen. IX. 667: pugna aspera surgit. proelium ut fortiter gerant) Tritum est dicendi genus bellum gerere, pariter atque rem fortiter gerere. Hinc Dares effecit proelium fortiter gerere; quod non minus latinum esse videtur, quam Nepotis bellum ducere pro gerere.

hostes impress. — incendunt) Hic rerum ordo est in Sg. et C. Confusa serie M. D. et O: Argivi cedunt, Troiani persequuntur, castra oppugnant, naves incendunt, cuncti impressionem faciunt, turpiter Achivi terga verterunt, in castra confugiunt.

dissimulat) Iscan. 155: *Strages vulgatur: Achilles dissimulat.* Explicat: celat nuntiata; silendo indicat, nuntiata sibi curae non esse; ita agit, quasi nihil sibi sit nuntiatum. Bene vertit Henric. c. 61 fol. 111: *Achilles that, als hörte er es nicht.* Absolute sic loquitur etiam Virgil. Aen. I. 516: *Dissimulant, et nube cava speculantur amicti, Quae fortuna viris.* Latini fere adiungunt rem, quae dissimuletur. *fortiss. defendit*) Utrum incendium, an se suos ab hostibus? Utrumvis accipere possis. Nam absolute ponitur *defendit* pro pugnare, ut Gr. ἀμύνομαι. — Iscan. 156: *Sed tot taedas, tot tela secundus Sustinet Aecides.*

CAP. XXIX.

evocat) Plin. VI. 31: *evocatus in consilium.*
minima cum discordia) i. e. nemine reluctantante, omnium consensu. Barbarum dicendi genus, aequae ac Guidonis: *in una vocis consonantia. p. gestum esse*) i. e. res gestae esse. De quo loquendi genere cf. ad Dict. V. 12 Gloss. Scripsi ita ex Sg. In ceteris libris est: *quod res p. gestae sint.* Fateor, hoc quoque defendi posse. Simillime enim c. 15: *ut audivit, quia hostes parati sunt,* pro paratos esse. *devastat Argivos*) Cap. 36: *universum exercitum devastasset.* Ibidem: *quotidie devastat Argivos.* *Devastare* haud valde usitatum verbum est, significans: depopulari, depraedari hostium fines eosque vastos et desolatos relinquere. Quo significato tertio Daretis loco poni videtur, quo Pentheseia Graecos, post magnam cladem in castra compulsos, frustra proelio lacessit eosque devastare dicitur. Cf. Liv. II. 9: *Pelignos* (Pelignorum terram) *devastat.* Sed reliquis locis esse videtur quod nos dicimus: *eine gänzliche Verwüstung (Niederlage) im Heere anrichten.* Cuius significationis non nisi alterum exemplum mihi notum est Ovid. Met. XIII. 255: *Quid Lycii referam Sarpedonis agmina ferro Devastata meo,* i. e. exitio et internecioni data. *proelium acre fit*) C. *acriter surgit.* Bene. v. ad c. 28. *multos duces*) Alcestem, Nisaeum, Idam. Iscan. 197.

CAP. XXX.

Abnegat) absolute, ut *negare* infra in his: *illum pertinaciter negare.* Intell. pugnam, vel in pugnam prodire. Eodem sensu infra: *pugnam renuit.* Verbo *abnegare* scriptores boni abstinerunt. *minus pugnaturum*) i. q. non pugnare. More optimorum scriptorum. — *male eos accipere*) pro excipere. Probum dicendi genus. *tanto t. diffidere*) *Diffidere* absolute ponitur, hac opinor significatione: esse in ancipiti, sine spe et fiducia fausti rerum eventus. Loquendi genus latinitati conveniens. Sg. *desidere* i. e. in desidia agere: quod esse contra scriptoris mentem videtur.

pugnam renuit) Sg. *renuntiat*: minus quidem latine, recte tamen opinor. Nam *renuntiare alicui rei* pro, rem recusare, legitur apud Quintilianum, Suetonium, Plinium.

se excusaverit) i. e. pugnam recusaverit. *Excusare se*, i. e. causis praetextis se purgare ab aliqua re, se subducere alicui rei, quibuslibet de rebus adhibent optimi scriptores. Cap. 18: *Ille se excusavit: morbo affectum Athenas venire non potuisse*; sic enim post *excusavit* interpungendum, non commate, ut antea factum. Cap. 31: *ipsum excusatum haberet, quod se abstineret a pugna*. ut Martial. II. 79: *Excusatum habeas me, rogo*. atque ipse Cic. Verr. II. 1, 40: *me vehementer excusatum volo*.

quam Hector) Sg. et C. *sicut H.*

CAP. XXXI.

nec non faciem ipsius) Sg. *nec non etiam ipsum*. C. et *ipsum*. Scriptum fuisse videtur *nec non facie ipsum*.

multa millia hom.) v. Iscan. 221 sq. 234 sqq. 258. 265.

neque sufficere posse) i. e. neque se locum deperditorum militum substituere alios posse.

mittit inducias petere) Alii insolentes huiusmodi infinitivi, Graecorum exemplo a poetis passim adhibiti, et ex his a scriptoribus posterioribus non infrequentem in usum vocati, apud Daretem sunt hi: c. 30: *bellum geri prohibebant*. 18: *rogarent eum in consilio esse*. 30: *rogarent illum in bellum prodire*. 37: *postulaverunt loquendi facultatem dare*. 7: *belli geri suadebat*. 31: *placitum est fieri debere*. 40: *placitum est signum exigi*. 42: *placuit illis libertatem reddi*. et alia.

Argiv. desideria) Sic Sg. et C, pergentes: *Troiani negant* (C. *renunt*) *debere dari*. In cett. *Argiv. legationem*. *Troilus negat dari*. Cf. ad c. 25.

Tunc fiunt ind.) C. *Priamus inducias dedit in s. m.* Sg. *Priamus in s. m. inducias dedit*. Henric. 65 fol. 117. de *septem mensibus* loquitur.

conqueri coepit) *Coepit* debetur C. In Sg. et C. omittuntur *Achilles tristis* — *peti oportere*, scribiturque *Conqueri* (C. addit *coepit*) *se quidem quod* (C. om. *se quidem*) *Ag. nihil negare possit et tamen* (C. om. et) *quum temp. p. sup.*

se abstineret a pugna) Ciceronianum loquendi genus. v. Forcellin. Lex.

condignas) Antiquum vocabulum ex Plauto Gellioque notum, quo etiam recentiores delectantur, ex C. recepi, cum in ceteris libris sit *dignas*.

CAP. XXXII.

Myrm. fugat) M. D. et O. *persequitur*. Mox Sg. et C. *usque ad castra*.

E contra) i. q. *contra*, *simpliciter*. Latinitas seculi quarti et sequentium. Eiusdem autem notae est *exadversus*, quo quum alii utantur, tum ipse Cic. Divin. I. 45. C. *Contra vero Troilus in ac. laetus exivit*. Sg. *laeti exeunt*. ut edidi. In cett. *prodeunt*.

aliquot dies) septem. Henric. 68 fol. 119.

CAP. XXXIII.

saevitur) M. D. et O. *saeviunt*.

prodit in proelio) ut cap. seq. *in matrimonio daretur*. ubi Sg. et C. *in matrimonium*: quorum librorum consensus non temere est praetermittendus. In quidem sequente ablativo loco accusativi haud rarrum est, praesertim apud scriptores posteriores. v. ad Dict. Ind. v. in. Sed nostro quoque loco lectio incerta est. Nam Sg. et C. *in primo*: unde legendum videtur *in primis*; ut alibi quoque Dares loquitur. v. ad c. 19. — Mox Sg. *caedit, devastat, prosternit*.

fugam cum clamore) *Die Griechen wurden in ihr Gezelt getrieben; und die Troer stiegen von ihren Rossen und gingen zu Fuss in das Gezelt und schlugen viele todt. Da erhob sich ein grosses Geschrei unter den Griechen u. s. w.* Henric. c. 69 fol. 120. Addit Henricus, Troianorum fuisse quingenta millia.

ita desaevire et Arg. insultare) M. D. et O. *ita saevire*. C. *ira-cunde saevire*. Secutus sum Sg. *Desaevire* est admodum saevire: legimus verbum, ut poetas omittam, apud Sueton. Ner. 29. *Insultare* (ab *insilire*) est fortiter instare, confidenter superbeque urgere hostem et quasi inhaerere hostium cervicibus. Cf. infra: *eum instare et laetari* (quae verba Sg. debentur). Dicendi genus non displicet, sed rarissimum esse videtur, mihi quae in re militari nunc incognitum exemplum.

praecipit) i. e. praeoccupat. Sg. et C. *exceptit*. Iscanus v. 318. utitur verbo *anticipare*.

uterque — inter se fugantur) Sic ex C. edidi. *Inter se* abest a ceteris libris, qui praeterea *fugaretur*, et Sg. *utrique — fugarentur*. Cap. 29: *proelio commisso uterque exercitus inter se fugantur*, i. e. alius alium fugat vicissim, modo hic modo ille exercitus victori cedit, anticipi fortuna pugnatur. *Inter se* pro, alius alium, optimum dicendi genus est. v. ad Dict. II. 52 Gloss. Attamen utroque Daretis loco illud sordem trahere, nemo non videt.

vexatus) sc. dolore vulneris.

prodit Tr. ex equo laetus) Cave intelligas; pedes configit; infra enim refertur: *equus Troili saucius corrui, Troilum implicitum excutit*. Explica autem: equitans, equo vectus hostem aggreditur. Paulo in-

solens formula est, proxime tamen accedit ad Livianam ex equo pugnaré, Caesarianam ex equis colloqui.

Myr. — impress. in Tr. faciunt) Sg. Arg. maximo cum clamore fugam dum faciunt, Myrmidones his suppetias venerunt, exercitum (Argivorum) retinuerunt, impress. Bene. — Henric. c. 71 fol. 123: Troilus wurde von den Myrmidonen umgangen, und stachen ihn vom Ross, dass er zu Fuss focht, und brachen ihm seinen Helm und verwundeten ihn sehr. Doch that er auch grossen Schaden unter ihnen. Da Troilus so mit blosem Haupte focht und seines Volks keiner bei ihm war, da kam Achilles und schlug ihm das Haupt ab und band seinen Leib an des Rosses Schwanz und schleifte ihn also. Da das Memnon sah, schalt er den Achilles, dass er den tapfern König so lästerlich schleifte, und stach ihn mit seinem Speer und schlug ihn mit seinem Schwert, dass er vom Ross fiel und für todt da lag. Die Troer nahmen den Troilus und die Myrmidonen hoben den Achilles aufs Pferd.

et subtraxisset cet.) Sg. et C. Et subtraxisset, nisi Memnon supervenisset suppetias. Adveniens enim Memnon Troili corpus eripuit, et Achillem vulnere sauciavit. Bene. — Iscan. 331. sic canit: Funus lacerum spoliare parabat Aeacides: prohibet Memnon-raptaque superbum Cuspide victorem vindex premit: inguina telo, pectora libarat gladio. Respexit Achilles, atque-viscera regi fraxineo perfossa stylo cet.

Dum acriter proeliatur } Passive hic et impersonaliter ponitur proeliatur, ut apud Festum v. arma: Arma ea, quibus prope proeliatur, sicut tela, quibus procul. Iustin. XIX. 1: Diu et varia victoria proeliatum est.

Memnonem-effert) Aurora parens Memnonem sepelit apud Iscan. 370 sqq.; Hecuba Troilam 396 sqq. Henrici narrationem expressi ad Dict. p. 496 fin.

C A P. XXXIV.

firment) Sg. facerent. C. confirmarent. Firmare pacem habes Caes. B. G. IV. 28. et apud alios. — constituentque) Non intellectum hoc verbum est; unde factum, ut librarii locum corrumperent. Sg. Constituant in f. Ap. T., quod est ante portam, et Achillem v. et collocaturum sibi ins. ei collocari. C. Constituant in f. Ap. T., quod est ante p., eo Achilli venienti collocuturoque insidias collocari. Desiderabant nimirum infinitivum ad constituentque. Primum ego correxeram conveniantque. Tum restitueram: constituentque in f. Ap. T. — venire et colloqui: eo Ach. v., coll. Infra: ad constitutum venit, sc. locum. Sed nihil videtur mutandum, coniungendumque esse pacem firment constituentque. Constituere pacem haud rara formula est. cf. Nep. Timoth. 2, 2. Cic. ad Q. Fr. I. 1, 8.

satis vitae suae esse) Vitae suae tertius casus est; ut Dict. III. 24: cupitis eius satis futurum. Sed ex C. sibi satis visum esse, con-

icias satis vitae sibi esse, ut vitae ponatur casu patrio a satis pendente.

ducuntur) C. eliguntur. Bene.

sicuti condixerat) i. e. constituerat, inter eos convenerat: ex usu honorum scriptorum. v. Forcellin. Lex. Dicitur etiam potuit sicuti conductum erat. cf. Gell. XX. 1: pactum atque conductum cum rege perfide ruperat.

ad constitutum) sc. locum. Seneca Nat. Qu. VII. 6: Videmus ventos per complures dies ad constitutum redire. Plerumque de constituto die et tempore dicitur.

ex. ins. occurrunt) Bene occurrunt, non accurrunt. v. ad Dict. III. 4 Gloss. Cf. c. 28: Contra eum Sarpedon occurrit.

brachio s. cooperto, dextro ense tenens) Sg. et C. brachio s. clamyde involuto. Henric. fol. 127: Er warf seinen Mantel um die Arme. Iscan. 438: veste lacertum multiplici munit. Porro Sg. dextra enses tenentes. Bene dextra. C. enses exerere. unde scripsi ense exerens. Iscanus: rapta cuspide. Genus dicendi optimum est.

multis plagis confodit) c. 33: multis plagis occidit. Saepe plagae quaevis vulnera significant. Sueton. Caes. 82: atque ita tribus et viginti plagis confossus est (Caesar) — nec in tot vulneribus — lethale ullum repertum est.

neq. fortiter faciens) Eadem formula Senec. Controv. I. 8; atque amice, imperite facere, aliaque permulta leguntur apud Ciceronem aliosque optimos.

ne fieret) Sg. et C. ne faciat. Bene. Henricus fol. 127: Da bat ihn Helenu (Helenus), dass er das nicht endete. De Heleno cf. c. 42.

sui) recepi ex Sg. — sepulcrum) concedente Priamo ad portam Thymbraeam positum est. Henric. l. c.

C A P. XXXV.

quid faciendo opus sit) redeantne an proelia firment. Iscan. 473. Nota loquendi genus. Cf. Liv. I. 41: quae curando vulnere opus sunt. finem negotii) i. e. belli. Negotium pro dissidio Coel. in Cic. Fam. VIII. 8: ut existimarent homines, Pompeio cum Caesare esse negotium. Infra Dares: rei terminus.

Aiix ait) Recte. v. Henric. 74 fol. 128. Sg. Agamemnon.

neminem aequius cet.) Totum locum sic constitui ex Sg. et C. Antea sic edebatur: supersit, eum oportere acc. ad ex., ut patr. s. ulciscatur; tandemque placet Ag. — Super Myrmidonas barbaram dictum est.

Aiix versatur) Sg. et C. Aiix nudus vers. Nudus esset idem atque nudo corpore Caes. B. G. I. 25. i. e. corpore non satis armis protecto. Ad Caes. cf. Herzog. Iscanus v. 505. utitur voce inermis; quae explicatur v. 502: non ferrea scuta velavere latus. Ego vero

illud a librario, ad sequens *latus nudum* respiciente, transsumtum esse arbitror.

cadunt) Sg. *perierunt, fessi acriter pugnando. — tendit*) Ita Sg. In C. *tendit*. Cett. *tenens. — multos interf.*) Iscan. 496: *Ense Thoanta, Lamum telo, sude Dorcea fundit.*

Aiacis latus nudum figit) Sg. *Aiaci. Bene. C. transfigit. Cf. ad c. 24. Latus nudum est latus armis nudatum, scuto' haud protectum. — Canit Iscan. 514: ibi arunda (Paridis) Hinc pennis pectus tangens, hinc cuspide laevam: Iamque emensa fugam, lateri insidiata sinistro, Ipsa morte madet.*

statim moritur) Idem narrat Henric. c. 75 fol. 129. At apud eundem c. 81 fol. 145. iterum vivit Aiax Telamonius, atque c. 84 fol. 149. cum Ulixé de Palladio certat. Videlicet ex variis fontibus Henricus hausit; modo Daretem modo Dictyn secutus, saepe utriusque narrationem recepit. — Ceterum totus hic locus, qui de Aiacis morte agit, memorabilis fit ob verba eius, qui Argumentum in Sophoclis Aiacem scriptum reliquit: *οἱ μὲν γὰρ φασιν, ὅτι ὑπὸ Παρίδος τρωθεῖς (Aiax) ἦλθεν εἰς τὰς ναῦς αἰμοδόρων.* Nonne qui haec prodidit, in mente habuit scriptorem, quem Dares secutus est? an potius ipsum intelligi voluit Daretem? Spectat huc etiam quod in fine illius Argum. adicitur: Aiacem in latere tantum vulnerari potuisse, corpore reliquo Herculis pelle leonina tecto.

avertuntur) recepi ex Sg. Liv. XXII. 19: *in fugam averterunt classem.* Sallust. lug. 101: *Bocchus statim avortitur.* Cf. Cic. pro Caecin. 12: *repellere, fugare, avertere.* — Eidem Sg. debentur verba *portas obserant*; quae ab Iscano et Henrico probantur.

exercitum circa oppidum ducit cet.) Barbare dictum; pro quo c. 36: *cum exercitu murum circumdare.* Quod sequitur dicendi genus *circa murum obsedit*, ob praepos. *circa* illo multo est sordidius. Quod sensisse videtur, a quo in C. est *circa murum sedit.* *Sedere* saepe usurpatur, si multum temporis obsidendo vel frustra vel etiam prospero tandem eventu consumitur. An *circa murum adsedit*? Sed hoc quoque, licet sit tolerabilius, sordem trahit. Igitur vel dele praepositionem, vel scriptorem barbariei incusa, cui alia id genus adhaereant.

in oppido) In Iunonis templo. Henric. l. c.

ululatu H. prosecuta est) Optime, sive accipias: *funus Alexandri prosecuta est*; sive, quo modo Quintil. V. 11. dicit: *fletibus natos, laetitia defunctos prosequi.* Cic. pro Planc. 26: *lacrimis et votis aliquem prosequi.* ut Daretis verba sic intelligenda sint: magno ululatu eius interitum deploravit.

hon. tractata) Sg. *hon. satis pertractata.*

quam — ut filiam aspexerunt) i. e. filiae loco habuerunt, coluerunt. Vituperandum dicendi genus, quo utitur etiam Seneca Prov. 6, 3: *quos pro felicibus aspicitis*, i. e. habetis. Tritum in hunc sensum est Germanorum: *einen für etwas ansehen.*

CAP. XXXVI.

exercitum ante p. instruere) Iscan. 558:

Vix emensa dies, redit armis impetus, urbem

Invadunt, tormenta rotant, dat vinea vireis,

Et silices balista vomens, testudo viatrix

Subdola, fossoremque aries suspensus in ictum.

At Phryges instantes prohibent, nunc grandine saxi,

Nunc ferri nimbo, nunc sparsae fulmine massae.

subsistere) i. e. in urbe manere. Plin. Ep. XVI. 16: *In commune consultant, intra tecta subsistant, an in aperto vagentur. — quiescere*) duos menses. Henric. l. c.

in castra opprimuntur) M. et D. *in castris*. Sg. *intra castra*. Graecos in ipsis castris oppressos esse, Iscani et Henrici narrationi adversatur. C. *fugantur in castra, opprimuntur*. quae interpretationem arguunt lectionis ex O. a me receptae. *Opprimuntur* pro reprimuntur; cuius loquendi generis alterum exemplum desidero. Iscan. 569: *refugosque in castra Pelasgos pellit*. Henric. c. 77 fol. 131: *Die Griechen wurden geschlagen, und flohen bis zum Meeresstrande und in ihr Geselt*. Aliis locis Dares dicit: *in castra hostem fugare*.

Diomedes) Apud Henricum Penthesilea obvium habet Menelaum; quem equo deiecit in urbem abduxisset captivum, nisi Telamon eum liberasset. Atqui Menelaus non aderat; profectus enim ad Neoptolemum accersendum, advenit demum cap. 78.

incendisset Argivorum, et univ. ex.) Sg. sequi satius videbatur.

ex consilio) i. q. ex consilii sententia; ut alibi Dares loquitur. Idem restituendum videtur c. 23. ubi pro *ex consilii sententia* in Sg. exaratur *ex consilio*. Inusitatum quidem genus dicendi est; sed similis syntaxis est in his: *ex sententia, ex instituto, ex mandatis, ex pactione* cet.

usque dum advenit) C. *adveniret*. Sg. *adveniat*.

patris sui arma) Iscan. 599:

Arma patris nunc ultor habet; sed tanta recusant

Pondera crescentes humeri, maioraque cassis

Colla petit, breviorque manus vix colligit hastam.

Prodit Neopt., *Myrm.* cet.) Sg. *Prodit N. princeps, Myrm. contra educit*. C. *Neoptolemus, Myrmidonum princeps, contra aciem duxit*. An: *Prodit Neoptolemus, Myrmidonum nunc princeps, Myrmidonas instruit, contra educit?*

Acrier ambo concurrunt) Vult dicere, Agamemnonem et Neoptolemum una in hostes impetum fecisse. Sed ita tamen scribit ineptus Dares, ut fere credas, eos in se irruisse. *Daceria*. Intelligendum esse Neoptolemi et Penthesileae concursum, colligere est ex Iscan. 630: *Iamque humiles populata manus concurrere binos Molitur fortuna duces, nec longe morati Arma parant*. Praecedentia autem *Agam.*

exercitum instruit delenda suspicor. De Agamemnone enim neque apud Iscanum neque Henricum ullus sermo.

per aliquot dies) integrum mensem. Henric. c. 78 fol. 132. Bis mille homines utrinque occisi sunt. Henric. l. c.

Neopt. sauciat) Zweimal stach sie den Pyrrhus vom Ross. Henric. l. c. Die Frau stach den Pyrrhus mit den Speer, dass er brach und der Stumpf in ihm stecken blieb. Da wurde Pyrrhus so grimmig vor Schmerz, dass er sie mit dem Schwert zwischen die Schultern und Achseln schlug und ihr den Arm abschlug. Sie fiel vom Ross; Pyrrhus ritt über sie und zerschlug sie in Stücke. Pyrrhus hatte sich sehr verblutet und fiel vom Ross und wurde ins Zelt getragen. Der Troer wurden wohl zehn Tausend erschlagen. Idem c. 79 fol. 133. Audiamus et Iscan. 647:

————— laevam mucrone papillam
Transadigit Pyrrhus. Sic imperiosa virago
Digladiata ruit. Tanta est reverentia sexus:
Sidoneas in crura togas sinuosaque texta
Colligit, et multum fatis irata fatiscit.

De quo decore Quint. Smyrn. I. 620:

*Εὐσταλέως ἐριποῦσα κατ' οὐδέος, οὐδέ οἱ αἰδώς
Ἥισχυεν δέμας ἧῦ, τάθη δ' ἐπὶ νηδύα μακροῦν.*

Addit Henricus fol. 134: *Die Troer trauerten um die Königin, besonders dass sie ihren Leib nicht hatten. Die Griechen wollten ihn den Hunden und Vögeln vorwerfen. Da sprach Pyrrhus, er wäre wohl würdig, dass er begraben werde. Diomedes aber sagte, sie wäre dess nicht würdig, weil so viele tapfere Männer von ihr todt da lägen. So beratheten sie sich nun, und warfen sie in einen tiefen See nahe bei der Stadt. Non Daretis haec sunt, sed Dictyis potius. v. ad Dict. IV. 3 Obs.*

C A P. XXXVII.

quid sit faciendum) Secutus sum Sg. et C. consensum.

Nestorem, Ulixem) Ita locum ordinavi, Sg. et C. ducibus. In ceteris libris est: Ulysses, Nestorem, Diomedem, Ai. Locrum, ceterosque q. pl. s. pr.

contritos) Sg. metuque contr. C. et paene contr.

Amphimachus f. Priami) natu minimus ex pellice. Henric. c. 80 fol. 135. Etiam Iscan. 684. 702. Amphimachum vocat, nec tamen adpellat Priamiden. Antimachus est apud Homerum et Dictyn, nec is Priamides. cf. ad Dict. II. 23 n. cr. et I. 11 Obs.

exercitu irrupt. — facere) Sg. et C. educendum exercitum et irruptionem — faciendam, et infra pacem petendam. Immo exercitu est cum exercitu. Caes. B. G. I. 53: Caesarem hostes equitatu persequentem. III. 20: equitatuque — agmen nostrum adorti. Cf. Zumpt. Gram. Lat. §. 473.

Aeneas exsurgit) pro surgit ad dicendum. Cf. Plaut. *Most.* 2, 1, 29: *quaeso exsurge, pater advenit*. Boni scriptores hoc verbo translata potius notione utuntur.

lenibus mitibusque verbis) Erat enim *leni mitissimus ore*, ait Iscan. 676. Contra acerba eius oratio est Dict. II. 26.
magnopere suadet) Addit Sg. *Polydamas eadem suadet*.

C A P. XXXVIII.

belli appetendi) i. e. ut bellum appeteretur. Gerundium hic passivam vim habet. Cf. Brem. ad Nep. *Attic.* 9, 2. Formula *bellum appetere* non minus bona est, quam *appetere rem quamcunque*, i. e. vehementer optare.

et suas. bell. esse) Debentur haec verba Sg. et C.

per portas irrupt. facere) Sg. et C. *portis*. Dicitur *portis erumpere* (Sall. *Iug.* 104. Dict. II. 35) et *portis eruptionem facere* (Caes. B. G. VII. 24); in quibus *portis* sextus casus est pro ex *portis*. Quum porro apud poetas deprehendatur *muris irrumperere* (Sil. X. 368. cf. Forcellin. *Lex.*), tolerandum etiam erit *portis irrumperere* et *portis irruptionem facere*. At vero *portis irrumperere* sensum haberet contrarium et huic loco minime accommodatum, cum *portis* ponatur casu tertio pro in portas, vel simpliciter portas; pro quo Sall. *Iug.* 62: *portam irrumperere* i. e. invadere.

sibi certum esse) *er sey fest entschlossen zu siegen oder zu sterben*. Apprime huc quadrant exempla, quae collegit Forcellin. *Lex.* v. *certus*, ab init.

in reg. secum duxit) *Secum* recepi ex Sg. et C. iisdem seq. et debetur.

qui cum eis sentiant) Sg. et C. *qui una sentiant*. Cap. 37: *qui consenserant*. ubi Sg. *qui una cons.* Utroque loco *una* restituendum videtur. Cap. 39: *qui una coniurassent*.

paratusque cum armis) C. *cum armatura*. Sed Sg. *cum armatis*. atque Henricus c. 80 fol. 137. Amphimacho adiungit servos. Iscan. 703: *Irruat Amphimachus, armatis acer inermes Occupet insidiis*. Verum in eodem cod. mox pergitur: *Postera die se in arce ita vocaturum, tunc Amphimachus cum armis irruptionem faciat eosque interimat*. *Amphimachus consilium eius approbat, seque hoc facturum promittit*. ex qua periphrasi efficitur duntaxat, rectum esse *cum armis*. Potest autem *cum armatis* glossa esse: namque *arma* pro hominibus armatis saepe numero apud poetas legitur, quorum dicendi morem adfectant scriptores seriores. Forsan tamen *cum armis* adhibitum esse mavis, ut apud alios *cum telis*, *cum ferro*. v. Zumpt. *Gram. Lat.* § 473. et apud Gr. *σὺν ὀπλοῖς*. Quidquid praeferas, in scriptore tam variae et dubiae latinitatis utraque ratio admitti potest. Cf. Caes. B. G. II. 9: *parati in armis*.

rem divinam facturum) Henricus fol. 137. sic narrat: *Amphimachus sollte sich mit seinen Dienern im Rath verbergen; wenn sie dann kämen, sollte er sie überfallen. Aber das kam dem Aeneas zu Ohren, und er nahm deshalb einige getreue Mannschaft mit in den Rath: denn Aeneas war der reichste Bürger und bald so mächtig als Priamus, dessen Tochter Kreusa er hatte. Da das Priamus erfuhr, wiederrieth er den gegebenen Rath. Im Rath stand Aeneas auf und rieth, man sollte um Frieden werben. Das gefiel den Troern; und auch Priamus ergab sich darein; und man kam überein, dass Antenor als Bote zu den Griechen gehen sollte und die Sühne werben. Da gingen die Troer auf die Mauern und gaben ein Zeichen des Friedens. Da gaben auch die Griechen ein Friedenszeichen. Haec non sunt Daretis. Cum his Dares transitum facit ad Dictyis historias, quas ab hoc inde loco sequitur.*

CAP. XXXIX.

Ucalegon, Amph. Dol.) Ucalegontem Dares addit nescio unde, Nam de eo tacent alii. Imo Virgilius eius domum incensam dicit; a qua verisimiliter Graeci abstinuissent, si inter proditores fuisset Ucalegon. Amphidamantem Troianum nullum novi. Fuerunt quidem olim plures Amphidamantes: unus Lycurgi filius ex Athenis; alius ex Oponte, cuius filium interfecit Patroclus; item Busiridis filius. Dolon iam pridem ab Ulysse et Diomede interceptus occubuerat. Sed a recepta aliorum opinione Dares recedit. Daceria. Nihil in nominibus propriis tentandum, dummodo in cyclo Troico apud quempiam scriptorem eorum fiat mentio. Nostro loco recte ea se habere, patet ex Iscan. 705.

se invenisse, quid faciendum sit) Ovid. Pont. IV. 12, 45: nec quid agam invenio, nec quid nolimve velimve.

se in fide obstringunt) Sic pro adstringunt scripsi ex Sg. et C. ob proxime sequens ut vidit se obstrictum. Eadem varietas aliorum scriptorum locis obtinet, v. c. Caes. B. G. I. 31. B. C. I. 11. Ceterum sive obstringere sive adstringere dicas, ad sensum idem dicis. Bene in seq. Dares: vidit se obstrictum. Latinum enim est se obstringere (vel adstr.), addito etiam iureiurando: item aliquem obstringere, et obstringi, addito pariter iureiurando. Contra minus latinitati congruum c. 40: Hoc pacto confirmato et iureiurando adstricto. Scilicet fides adstringitur dici quidem potest, neque vero pactum ali-quod adstringitur; pro quo dicendum fuerat: Hoc pacto confirmato omnibusque iureiurando adstrictis, pactioni fidem fore. Non satis latinum etiam est nostro loco: in fide se obstringunt. pro quo C. melius fidem obstringunt. Latinum enim est fidem suam obstringere (vel adstr.), addito etiam dativo personae. Sed in fide se obstringere dici latine posse nego. Pro in fide scribendum fuerat: se fidem invicem

servaturos esse. Recentiores autem in usu ablativi cum *in* liberius versantur. Sic c. 4. *in patris nece* pro patre necato.

de his) Sg. et C. *de his rebus*. Immo *de his*, sc. ex numero coniuratorum aliquem. Sequentia restitui ope Sg. et C. In illo: *esse mittendum, quo id sine susp. fiat. Celerius maturandum esse dixit. animadvertisse Priamum irat.* et in hac: *qui id sine susp. curet maturandum esse. Animadv. Pr. irat.* Antea edebatur: *mitt. esse, nam regem iratum, omissis mediis.*

de consilio surrexisse) Concise dictum, pro: surrexisse et consilio abiisse. Cf. Cic. Verr. VI. 65 fin. *Praetor de sella surrexit et abiit. omnes promittunt*) scil. se ita facturos esse, nempe aliquem ad Agamemnonem esse missuros et maturaturos. Si hic non est sensus, locum me non intelligere fateor.

Polydamantem) Antenor est Henric. l. c. Recte contra idem refert c. 91 fol. 171. — Mox M. D. et O. *qui ex his unus erat, ad Agam.*

C A P. XL.

Polydamas Graecis aperuit, coniuratos urbem prodituros esse, icto foedere, ut Graeci capta ea coniuratis parcerent. Cap. 89: *providendam esse patriam et sibi suisque cavendum esse.* Iscan. VI. 712: *Nuntius Argolicis prodendas indicat arces Polydamas, pacemque in pactum fraudis habendam iuratis poscit.*

vereri se dixere cet.) Iscan. 715: *Nestor timet, haeret Ulysses, Furta negat Pyrrhus: illos incerta morantur Pollicita, et falli metuunt; hic vincere certus, Nocturnis refugit bellis foedasse triumphum.* Igitur eos refutat est: refutat (non Ulixem et Nestorem, sed) eos, quibus placebat, ut fides proditoribus servaretur. Quare post *subire* ne puncto distinguas.

signum a Pol. exigi, et idipsum per Sin. - mitti) Vellem dixisset Dares, quod signum a Polydamante Graeci petierint, quod postea per Sinonem ad Aeneam et Antenorem misere. Ex sequentibus conici potest, Polydamantem illud signum dedisse, quo quivis, a Graecis ad Troiam missus, intra moenia reciperetur. Quod ut experirentur Graeci Sinonem miserunt, qui signo illo dato ab Aenea, Anchise et Antenore cognitus, intra portas quidem receptus non fuit, quia nondum Amphimachi custodibus claves traditae: sed Aeneae, Anchisae et Antenoris nomen audivit, quo plane confirmatus est. *Daceria.* Perobscure Dares scripsit. Ex Henrico Brunsv. nihil amplius ad intelligentiam redundat; nam ab hoc inde capite ille, Darete deserto, Dictyis historias sectatur. Audiamus autem Iscan. 719:

Res turbat suspecta duces, Phrygioque retento

Traditur Inachio legati cura Sinoni.

Promissis addenda fides. Petit ille penates

Iliacos, dubiosque Anchisa teste timores

Solvit, et acceptas iurante Antenore voces.

Quorum versuum sensus est: ad fidem promissis faciendam mittitur Sinon; et confirmatur fides testimonio Anchisae et iureiurando Antenoris. *Placitum est*, Dares ait, *signum a Polydamante exigi*. In his *signum* non eo, quo Daceria, sensu accipio, sed testimonium fidei intelligo; ut sensus sit; diffidentibus et inter se certantibus Graecis placitum est, ut a Polydamante documentum fidei postularetur. Cf. Iscan. *Promissis addenda fides*. In sequentibus et *idipsum per Sin.* — *mitti* (C. M. et D. *mittit*), praepos. *per* corrupta est ex *propter*, ut saepe in MSS. (cf. c. 15), et sic transponenda: *et propter id ipsum Sinonem ad Aen.* — *mitti*. Cf. Iscan. *Traditur legati cura Sinoni*. Igitur Sinon (cum Polydamante opinor) ad Troiam proficiscitur (cf. Iscan. *Petit ille penates Iliacos*): sed portas clausas offendit, *quia nondum claves portae Amphimachi custodibus traditae erant*. Sg. et C. *Amphimachus* — *traddiderat*, bona interpretatione: Amphimachus enim, qui maximi apud Priamum momenti erat, claves ab hoc acceptas servabat, et nondum eas portae custodibus, ut noctu solitus esse videtur, tradiderat; quare proditores aperire portas Sinoni, colloquendi gratia, per custodes (vel corruptos vel auctoritate virorum motos) non poterant: quin immo custodes videntur ipsi fuisse Aeneas, Anchises et Antenor; quos ad portas praesidia habuisse, Dares infra refert. *Signo dato Sinon nomine Aeneae et Anchisae et Antenoris audito confirmatus, Agamemnoni renuntiat*. Sic. M. D. et O. Sensus esset: solo nomine proditorum audito Sinoni signum (i. e. testimonium) fidei datum est. Sed Sg. pro *nomine-audito* exhibet *voce-audiendo*. Fuitne *voce audita*? Atqui C. *vocem-audiendo*. Recte. Hispida et intricata oratio est, sententia autem vera. Non enim auditam tantum proditorum vocem pro certo fidei signo accepit; sed *vox* ampliore sensu accipiendum est pro sententia, dictis, quibus proditores (ex muris, vel nescio unde) testabantur vera esse, quae per Polydamantem ad Graecos perlata erant. Confirmant opinionem meam verba Iscani: *dubiosque Anchisa teste timores solvit, et acceptas iurante Antenore voces. Acceptas* i. e. auditas. *Voces* i. e. ea, quae proditores per Polydamantem Graecis nuntiaverant; pari modo atque apud Daretem. *Iurare est beschwören*. Sensus universus: Sinon Graecorum haesitationem solvit, nuntians, Anchisen fidem promissis fore testatum esse, et Antenorem iurasse, ea, quae Graeci a Polydamante audiverant, esse vera. (ut *fides daretur* cet.) Sg. *fidem dari, foedere firmari, iureiurando stringi, cavere sibi ab his ut oppidum proxima nocte prodidisset, et ut Antenori* cet. C. *fidem dari, iureiurando stringi, eo pacto ut si oppidum proxima nocte tradidissent, Antenori* — *fides servaretur*. Legendum videtur: *fidem dari, foedere firmari, iureiurando stringi, ut, si oppidum proxima nocte tradidissent, Antenori* — *fidem praestari liceat. Iureiurando stringi* esset dictum ut *iureiurando adstringi*. Citat Forcellinus in Lex. Cic. de Offic. III. 31: *ad stringendam fidem iureiurando*. Sed ibi omnes nunc legunt *ad adstringendam*.

propinq. et amicis cet.) M. et D. propinquis cum eis qui una comorassent.

sacra et bona) Iscan. 726: dona insuper addunt, Et firmant promissa datis: nec Pergama tantum, Innumeras Asiae spondent cum civibus urbes.

caput equi pictum) Innuat equi ligni fabulae locum dedisse caput equinum, quod portae Scaevae, quam Graecis Antenor aperuit, inscriptum fuit. Nempe ex Servio: Ut alii porta, quam eis Antenor aperuit, equum habuit pictum. Daceria. Sg. et C. sculptum. Iscan. 733: Inscriptum Pegasi caput. Henric. c. 91. fol. 171: ein Thor, worüber ein grosses Rosshaupt war von Marmorstein. Ad Iscan, haec adnotat Dresemius: „Hinc famosa illa historia de equo durateo, et venusti epigrammatis conclusio: Carminis Iliaci libros consumpsit asellus: Hoc fatum Troiae est, aut equus aut asinus; qua de re Polyaeus. Quidam Ἰππὸν illum δουράειον arietem, κροδοόκην scilicet fuisse volunt. v. Vitruv. de Archit. X. 18. Plin. VII. 5. Quidam strategema Ulyssis.“

